

1697.

1. Brichmannus, Fridericus: De Martino, Episcopo Tironensi.
2. Beierus, Adrianus: Clades ex proprio gladio seu de reformatiobus.
3. Beierus, Adrianus: De optione ad heredes transito-

ria.

- Post Beierus, Adrianus: De conjuncta manu. 2 Sept. 1697

1749.

4. Beierus, Adrianus: De inflictio juris inducendo.
5. Beierus, Adrianus: De cessione bonorum.
6. Beierus, Adrianus: Recensculo creditorum
7. Beierus, Adrianus: Infortatio ad audiendam lectionem cursoriam (Veritatis Lumen), occasione cuius
dicitur de Constitutioibus Justiniani Imp. ecclesiasticis.
8. Brucknerus, Wilhelm Hieron.: Infortatio ad audiendam
legionem cursoriam (Veritatis Lumen), occasione cuius
dicitur de Constitutioibus Justiniani Imp. ecclesiasticis.
9. Brucknerus, Wilhelm Hieronymus: De jurisdictione con-

sumi . . .

1749. Post Brucknerus, Wilhelm Hieronymus: De clandestinis sponsalibus iuratis

1697.

11. Grausius, Petrus, v. L., decanus collegii medico-

Propenitium : De symbolis alteriorum corporum
coelestium et Territorum / Disputationis inaugurali
Georgii Henrici Rosenberg (promissum)

12^a et Prisen, Joh. Bernhardus : De conventione neorganatica
= 2 Sept. 1697 - 1737.

13^a,¹⁸ Lyneker, Nicolai Christoporus : De jure peculii militari
Paris . 2 Sept. 1697 - 1753.

14. Lyneker, Nicol. Christoporus : Demilitia fugata

15. Mueller, Joh. Jacobus : De occidente furio nocturno.

16^a et Mueller, Joh. Jacobus : De jure partis majoris.
2 Sept. 1697 - 1751.

17. Niedelius, Georgius Wolfgangus : De spiritu vini.

18. Wildvogelius, Christianus, Collegii iurid. decanus : De phila-
stropie et l. 2 d. s. proderet. Pragmatis in angloflectori
cursoriae v. Christophori Boettiger presentatio

1697.

19. Wildvogelius, Christianus, Collegii iuriis ... decanus:
de regradatione ad 1.-2. C. Th. de curs. pall. et 1.3
C. A. Nomis. et. protest. (Programma in ang. (lectionis
cursoriae Christiani Bonner praemissum)).
20. Wildvogelius, Christianus, Collegii iuriis ... decanus:
de scilicetatura ad 1.2. P. decr. mts. ann. Program-
ma in ang. (lectionis cursoriae Wilhelmi Rucher pre-
missum).
21. Wildvogelius, Christianus, Collegii iuriis decanus: Recan-
to bus ad 1.2. P. ut. dignit. oboz soro. Programma in ang.
(lectionis cursoriae Christoppi Ponsas Baumgärtner pre-
missum).
22. Wildvogelius, Christianus, Collegii iuriis decanus:
de imaginibus majorum ad 1.22. P. ~~fratres fratrum~~
admin. bus. of Programma in ang. (lectionis cursoriae
Johann. Ernesti Schelkens praemissum)

23. Wildvogel, Christianus : *De iure portarum.*


24. Wildvogelius, Christianus : *De iure verborum . . .*

25. Wildvogelius Christianus : *De eo, quod justum
est in re tempustates . . .*

P. 262 6
Pr. 42. Rm. 21.
1697, 13 17
Q. D. B. V.
DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA
DE
J V R I B V S
PECVLII MILITARIS
QVAM
P R A E S I D E
NICOLAO CHRISTOPHORO
L Y N C K E R O

Hæreditario in Fluhrstat & Rötschau
CONSILIARIO SAXO-VINARIENSI INTIMO SVPR.
CONSISTORII SACRI PRÆSIDE FACVLTATIS JVRIDICÆ ET
SCABINATVS JENES. ORDINARIO ANTECESSORE ET
CVRIÆ PROVINCIALIS ASSESSORE PRIMARIO
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ET PRI-
VILEGIA MAJORVM MORE RITE CONSEQUENDI
PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMISIT
CHRISTOPHORVS CONRADVS Baumgärtner,
ONOLDINVS.
AD DIEM OCTOBR. M D C XCVII.

Jena 1697
VITEMBERGAE,
RECUSA IN OFFICINA HAKIANA.
M D C CLIII. (10)



DISTRIBUTIO NAVAGARIAE TIBIDAY

DE

JARIBAS
PECATI MUNITARIIS

MAVO

PARADISE

NICOLAO CHRISTOPHORO
LINCCHRIO

HISTORICO IN LIBRIS DE ROLFO

CONSILARIO SEDO-LINNÆIUS ILLUMINAT
COSMOGRAPHICO LINNÆIUS LINNÆIUS ET
SCIENTIAE ORBICULI UNIVERSALIS
OMNI TERRAM VITÆM PÆRMI

PRO FICHTIA

SUMMIS ET PROFOUNDIS HONORES ET HU-

MANUSCRIPTUS IN LIBRIS CONSOLIDANDI

CHRISTOPHERVS CONRADVS DANTILLI

BRUNNENS

ANNO DCCXVIII. MDCCCXVII.

IN LIBRIS HARLINI

SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
**DN. GEORGIO
FRIDERICO**

MARCHIONI BRANDENBUR-
GENSI, MAGDEBURGENSI, PRVSSIAE,
STETINI, POMERANIAE, CASSVBIO-
RVM AC VANDALORVM, inque SILE-
SIA ET CROSNIA DVCI, BVRGGRA-
VIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI
HALBERSTADII, MINDAE ET
CAMINI, COMITI IN HO-
HENZOLLERN &c.

*PRINCIPI AC DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO*

Vitam prolixam ac Felicitatem
perpetuam,

SERENISSIME
PRINCEPS AC DOMINE
DOMINE CLEMENTISSIME,

CAMDEN COUNTY HOS.



 *Mpertire quæso veniam te-
meritati huic, quæ charta-
ceum ac levidense SERE-
NITATI TVÆ offert mu-
nusculum. Quicquid agimus,
quibus, obsequii gloria unice
relicta est, eo tendit omne,
ut summis Principibus, a quibus innumera-
in*

in nos proficiscuntur beneficio, observantiam nostram, sive literis, sive armis obsequissime approbemus. Ego in sacratissimæ Themidos studiis, quo obeundis aliquando officiis tuis dignum me redderem, hactenus exercitatus ac exercendus imposterum, primitias saltem istas de

JVRIBVS PECVLII MILITARIS

conscriptas, TVOS ante pedes, DOMINE CLEMENTISSIME, subjectissimo animo depono, testaturus quale perpetui erga PRINCIPEM MEVM obsequii ac mentis observantis-
mæ indicium. Armabat ad audaciam non pa-
rum argumenti hujus cum præsentis Etatis ge-
nicio convenientia, & ejus præprimis in Aula Onoldina Excellentia. TVA enim SERE-
NITAS, inæstimabili Patriæ bono, vigiles
meditationes & vires omnes eo dirigit, ut in
patriæ nostræ sub bello prob dolor! gravissi-
mo gemiscentis solatium exquisitissimus alatur
miles: TVO in pectore nil nisi generosi na-
scuntur Spiritus, & eximius animum Majo-
rum quotidie imagines intuentem, stimulat ar-
dor; nec ante sedabitur, quam virtute eorum glo-
riam aut superarit aut adæquarit. Lubentiori
igitur animo materiam aliquam fura militan-
tium concernentem scrutari cœpi, & AVG-

*STISSIMO NOMINI TVO hunc qualem-
cunque Studiorum Academicorum conatum in
humillimæ devotionis characterem inscribere
non verecundatus sum. Quod si SERENI-
TATI TVÆ propositum hoc meum se enixius
commendaverit, haberem de quo mihi gratu-
later. DEVS OPTIMVS MAXIMVS TE
PRINCIPEM ac DOMINVM MEVM
CLEMENTISSIMVM incolumem, in Reip.
utilitatem augmentumque laborum, quos quo-
tidie in felicissimam immortalitatis laudem pro
communi patria sustines, quam diutissime con-
servet, regat, animet! TVA semper Gloria
in seros annos floreat, vigeat, excrescat! Quod
ipsum ex devoto pectore humillimaque mentis
submissione precatur*

SERENITATI TVÆ

subiectissimus,

Christophorus Conradus Baumgärtner.



PRÆFATIO.



um dubius s^epē atque anceps hærerem animo, quodnam potissimum thema-
Inauguralis loco publico ac solenni
sisterem Eruditorum examini: obculit
sese nobilissima de juribus Peculi Mi-
litaris materia, quam impetrata a Ma-
gnifico Amplissimoque J^Ctorum cele-
berrime hujus Salanæ Collegio, ad ob-
tinendum summos in jure honores disputandi licentia, eō lu-
bentiori studio, pertractandam selegi, quo magis ea ad præ-
sentis nostri, seculi statum accedere viderit. Universam
enim fere Europam raucum tubarum murmur, acris-
que tympanorum pulsus personat, hinc inquietus ille,
& Christiano nomini infensissimus Oriens, illinc Gal-
lorum Monarcha, ad luxandam sacram illam Imperii
membrorum ac reliquorum confederatorum compa-
gem, impetum hostilem in fines nostros effudit, initis
tamen auspicioribus quam successibus. Quippe fides no-
strorum atque concordia, vera fortitudine subnixa, his au-
sibus nunquam cessit, sed emicuit illa pro patriæ tutelā fi-
dus, promsus, ut & compendium virutum faciam, vere
Germanus animus, adeo, ut nec quieti internæ præsidium,
nec periculi externo remedium hactenus defuerit. Multum
vero

vero utilitatis securitati huic publicæ consert illud Majorum institutum, ut hi, quorum servitiis ad bella conficienda utimur, præmiis atque privilegiis afficiantur, quo animi tum gloriæ cupidi, tum commodo etiam suo studentes, ad majores quotidie fortitudinis actus excitentur. Testatur hoc multorum seculorum series, & frequens populorum ac præcipue Romanorum usus: quanto autem ille remilitari cæteris præfiterunt, tanto sunt digniores, quorum exemplis immotemur. Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 6. #b. 12. Imo, libertas Nationis Germanicæ omnium liberimæ eo processit, ut suis non tantum militarem operam navare possit, verum etiam exteris virtutem suam illi commendare liceat. R. I. Spir. de An. 1570. §. denselben wir dann Aufgangs. R. I. August. de An. 1582. §. Ferner obwohl im Heil. Reich. &c. R. I. Spir. de An. 1544. §. und weil wir &c. H. R. Best. zu Speyer de An. 1570. in der Verzeichniß etliche sonderbarer Puncter. §. I. Multz. in repræf. Maj. Imp. p. 2.c. 5.n. 188. seq. add. Goldaet. in Reichshandlung. P. 2. tit. 12. Haec altius cogitantes præsentem materiam, quæ haud leve militum privilegium exhibet, Enenckel. de priv. mil. Lib. 2. priv. 23. n. 1. latius scrutari ceperimus, & Veterum tradita Neoteriarum Constitutionum sanctionibus illustravimus, memores moniti Leonis Imper. in Nov. 46. non fuitiles & desccatis antiquatum quisquiliis erutas, usu & utilitate cassas, vanisque speculationibus obnoxias, sed in parxi & observantia quotidianas res imprimis esse tractandas. Utautem Divinum Numen laboribus hisce nostris clementer ex alta benedicere, eosque in gloriam sui ipsius dirigere dignetur, servidissimis precibus rogamus. Sis itaque, Triune Deus, principum! Sis medium! Sis terminus actionum nostrarum! Nov 109. in pr. præf.

Q. D.

Q. D. B. V.

PARS PRIMA

De Juribus Peculii Militaris seu Castrensis, membrum primum exhibens.

CAPUT I.

De

Definitione Nominali militis & militiae.

§. I.

Nsituenteribus nobis iura peculii militaris pro viribus exponere, antequam ad intimiora penetreremus, expendendum prius erit, tum quid militis ac militiae, tum quid ipsius peculii nomine veniat. Cognito namque verborum usu, facile in ipfa rei perceptione progredi possumus. Anton.

Faber. *in rational. de J. & J. lit. b.*

§. 2. Juris vocabulum quid denotet, passim obvium est, & apud plerosque Interpretes tritum; accingamus igitur potius nos ad expositionem vocum militis & militiae. Appellatur autem miles vel a militia i. e. duritia; vel a multitudine; vel a malo, quod arcere solent milites; vel a numero mille hominum, quasi millesimus aut inter mille le-

B

ctus

Etus, uti disputat dubius ipse Ulpianus in L. i. ff. de testam.
mil. licet postremam magis probare videatur opinionem, di-
utius ei, quam cæteris inhærens, præsertim cum plures e-
numerans eodem de negotio sententias elegisse præcipue
postremam videatur, arg. L. 10. p. vers. potius enim hoc, ff.
de atq. vel amitt. possess. Bocer. de bell. c. 6. n. 7. Voet. de
jur. mil. c. 2. §. 2. Quas tamen derivationes, potius allusio-
nes quasdam JCtis admodum familiares, uti apparat in L. 2.
§. 2. ff. de reb. cred. L. 35. §. 1. ff. de m. c. donat. pr. J. de. test.
quain vera *trouua* esse, non immerito dixeris. add. Rebuff.
ad L. 27. inf. ff. de. V. S. Knichen. oper. Polit. V. 2. p. 706. ubi
ex Nomenclatore quodam duas ridiculas afferat acceptiones,
quod nempe miles dicatur quasi mira res, vel a milio, quia
milites in Franconia libenter edunt milium. Germanicum
autem vocabulum Soldat unde suam trahat originem, va-
rias collegit opinione Speidel, in Specul. vers. Soldat. in p.

§. 3. Sicuti vero militia est duplex, vel Theologica
vel politica, ita miles sumitur vel Theologice vel Politice;
hinc Paulus Magister militiae vocatur. c. non pilas. cauf. 23.
gv. 8. snumque Timotheum strenuum militem Jesu Christi
esse, idem Apollonus hortatur 2. Timoth. 2. v. 8. imo in uni-
versum omnes Christiani milites, inque perpetua expediti-
one adversus Diabolum & ejus cohortes occupati esse di-
runtur 2. Corintb. 10. v. 3. Politice accipitur rursus miles vel
pro milite armato vel togato. L. 18. ff. de re jud. L. i. C.
de jur. & fñt ign. L. 14. C. de. Advoc. div. judic. L. 4. C. qui
dar. zut. poss. Dicitur etiam alias militia onus militis seu
tyronis conferendi, L. 3. L. 10. Cod. Theod. de Med. & Profiss.
in tyrocinium militiae, ut loquitur L. 2. C. d. Tyrone.

§. 4. Notum præterea est, quod vox militis multa
serat vocabula synonyma, nec ab omnibus iusdem efferratur

termi-

55 30 55

terminis. Aliquando enim vocatur vir castrensis, hinc Fe-
stus Lib. 3. *Castrensi corona donabarur, qui primus hostium
castra propugnando introisset.* v. Gell. Lib. 5. c. 2. Dicitur
porro sagatus, in oppositione viri togati. Nostro idio-
mata Germanico Lands = Knecht, Kriegs = Knecht, Sol-
dat. Unde in jure Feudali 2. F. 10. feudum Soldatæ, eoque
jure Vasallus & miles pro synonymis habentur. Feudum
quippe clientela militaris est, qua de causa beneficia feuda-
lia proprie dicuntur ea, quæ militibus attribuuntur. Mili-
tares quoque dicuntur pro militibus in L. 20. L. 21. Cod.
Theod. de erg. annon. milit. Item milites absolute pro op-
eratoribus. L. 34. C. *Theod. de annon.* & L. 16. *de exact.* Non
nullis Reisige, item Reisige Männer audiuntur. Milita-
riter denique in L. 4. §. 9. *de re militari.* sumitur pro militari
more, sic militariter ornatus, apud Tac. Lib. 6. *Annal.*

§. 5. Ipsius autem militiae varias reperimus in jure
species. Plerumque tamen triplex ea constituitur, Eque-
stris, Celetis & Legalis. L. 14. C. *de Advoc. div. jud. v. gloss. in*
L. miles. ff. de re jud. & in L. 14. *pen. ff. de reß. mi.* Et quod
Doctores sint milites, dixit Baldus in L. *hunc scripturæ ad L.*
Aquil. Et quod Clerici sint milites, vult Reyger. verb. *Clerici.*
Quicquid vero de hoc destingvendi modo sentiant Docto-
res, certissimum tamen est omnem omnino militiam esse di-
gnitatem & honoris speciem, arg. L. 8. *in p. ff. de Excus. tur.*
nobile ex exercitum; duæ enim nobilitatis scalæ sunt Ars
& Mars, quorum illa togatam hæc sagatam vitam insequi-
tur; sicut autem illa per se sola militem non facit; ita quoq;
hæc sola nobilitatem non confert. Tiraquell. *de nob.* c. 8.
n. 5. segg. Dissent. Paris de Puteo *de re mil.* L. 7. q. v. 14. n. 9.
Cui Resp. Nolden. *de stat. nob.* c. 3. n. 58. v. Schutz. *jus publ.*
V. 2. Disp. 1. n. 14. a. Atque hinc sit, ut militia præcipue di-
flingya.

stinguatur in armatam & togatam. Illa per excellentiam, militia simpliciter dicitur. Voët, *de jur. mil. c. 2. §. 1.* Hæc Advocatorum est, & juris peritorum, militant manque causarum patroni, qui gloriæ vocis confisi munimine laborantium spem, vitam & posthumos defendunt. *d. L. 14.* Ita Ann. Lucan, in Panegyrico Pisonis: *Tamen, et si bella quiescant, non periit virtus: licet exercere togata munera militia: licet & sine sanguinis baustu mitia legitimo sub judice bella movere.* Et hujus cum armata convenientiam bellissime depingit eloquentia parens in orat. pro Murena: *Vigiles tu de nocte, inquit, ut tuis Consuloribus respondeas: ille, ut, quo intendit, mature cum exercitu perveniar; Te gallorum, illum buccinarum canus exfuscat; tu actionem instituis, ille aciem instruit; tu caves, ne tui Consultores ille ne Urbes & castra capiantur; ille scit & tenet, ut hostium copia, tu ut a qua pluvia arceantur; ille exercitatus est in propugnandis finibus, tu in regendis.* Unte militare etiam dicuntur illi, qui circa latus Principis, imo eriam Magistratum, *L. un. C. in quib. mil. fori præscript. uti &c.* agentes, munus aliquod officiumque in Palatio aut comitatu Principis gerunt, & aliqua dignitate vel administratione funguntur. *L. 1. C. de tabular. Lib. 10. ibi:* in quounque officio militet: Si intra nostrum palatium militent. *ibid. L. 7. C. de prof. sac. scrin. Lib. 12. ad Brisson. de Verb. sign. verb. militare.*

§. 6. Togata hæc militia a multis etiam vocatur civilis, cuiusmodi dicebantur officia eorum, qui in aliqua schola i. e. ordine inter statutos relati publices Imperantium negotiis adstebant, unde certos reditus & pensiones annuas ex eorundem munificentia consequebantur. Gothofr. ad *L. 22. de leg. 2. lit. X. &c. ad L. 52. §. 2. ff. de act. emt. lit. K.* *Ve-*
rum

rum si dicamus quod res est, id nominis ex æquo potius cœlesti objicitur militiæ, de qua deinceps. Cæterum apud Veteres militiam eximio sensu pro officio capi, testatur Gotof. ad d. l. 22. Ita omnes Palatini habent militiam, in specie quoque silentiarii, v. omnino Papp. in Holländisch. Kriegs-Recht. p. 23. in p. ibique alleg. qui excubias in Palatio principis agebant, & silentium ibidem, Principe in primis dormiente, imperabant, de quib. r. r. C. de Silent. & Decur. eor. lib. 12. ubi Cajac. Qua vero ratione Palatini vel alii milites extra sagum huc pertineant, suis locis dicetur, nam & Palatine peculium castrum habent. Dn. Brunnen, ad l. un. C. de cast. omni. pal. pec.

CAPUT II.

De

Definitione militis reali, & ejus Divisionibus.

S. I.

Præmissa definitione militis ac militiæ nominali, nunc subiungamus realem. Accipitur autem miles impensis pro eo, qui sacramento obstrictus, cinctus & in numeros relatus, sub armata militia stipendia meret, ut operas in bello adversus hostes præstet. L. ult. ff. de remil. L. 2. §. 3. ff. de his, qui noz. inf. L. 2. ff. de Veter. L. 25. L. 43. ff. de test. mil. Paul. Voët. ad p. 3. de test. mil. n. 2. Reyger. in thesaur. jur. verb. miles Malcard. de probat. V. 2. concl. 1057. Ad illud enim, ut miles armatus quis esse queat, de necessitate hæc duo requirit Voët de jur. mil. p. m. 55. primo, ut numerum relatus sit; secundo, ut stipendia mereat.

B 3

§. 2. O.

§ 2. Omnibus tamen militare sive militiam sequi permisum non est: quidam enim ob etatem illegitiman, tum puerilem, tum senilem; quidam ob sexum, ut mulieres; quidam ob statum, servi nimurum, ingenui bona fide servientes, &c. milites fieri prohibentur; quidam etiam ob functiones alias in Rep. necessariis impediuntur, quales sunt Clerici, & qui sacra curant, Agricole, Negotiatores &c. De his omnibus v. Dn. Reyh. *in elegantissima Dissert. de milite.* cap. 3. per. tot. ubi tb. 8. insignem limitationem haec tenus dicta pati annotat ab ipsa necessitate, quae sepe ex illicito facit licitum. Militantes autem senes cur retinendi in officiis? v. Perez. *in C. Lib. 12. t. 19.*

§. 3. Illi, qui non prohibentur, varii sunt generis, maxime Equites allii, alii Pedites audiunt, quamvis non raro militem pro pedite tantum acceptum reperiamus. *Liv. lib. 22. c. 37.* Vellej. *L. 2. c. 15.* ibique Becl. *in. not.* sepe etiam pro solo equite, ut in *Constit. Imp. Conradi IV.* relata a Goldast. *Tom. 3. Conf. p. 398.* Ratione muneris quoque nec non a variis armorum generibus varia apud Romanos iis imponebantur nomina, adeoque nonnulli cataphractarii, aliqui velites, pilani allii, quidam hastati, pars Principes, reliqui triari, dicebantur. Qui omnes, quantum a se invicem differant, ex singulorum armis erit dignoscendum. Voet. *d. l. §. 5. seqq.* Sunt porro Duces allii, qui rursus tum medii, tum summi: Grot. *de J. B. & P. L. 3. c. 21. §. 15.* allii gregarii, alii Manipularii, alii primipilarii, & hoc ratione ordinis. Castrenses etiam ministri appellabantur, ex Lamprid. *in Alex.* colligere est, de quibus Tertull. in haec verba scribit: *Est & alia militia regiarum familiarum, nam & castrenses appellantur &c.* Sic & stationarii, Limitanei alii, *L. 2. L. 3. C. defund. limitrapb.* quin & terrestres aut maritimi, *L. un.*

50 50

L. un. §. 1. ff. de bon. possess. ex test. mil. Quod scite innuunt
Poëtae Sveonici, qui Adraftum h. e. Martem seu militem, fili-
arum unam Leoni i. e. Herculi, alteram Aprg i. e. Nepruno
in uxorem dedisse memorant, Olav. Rudbeck. in *Atlante. c.*
33. §. 2. n. 3. Voluntarii quidam, (qui propria animi indu-
ctione militiae se offerunt & adscribunt) aut coacti. *L. 4. §.*
10. ff. de re mil. Communi tamen hodie invaluit loquendi
usu, ut illi soli dicantur voluntarii, quibus ex arario stipendia
non numerantur, quique propriis impensis in bello Reip.
sub certis ordinibus operari navare solent. Voët. *d. tr. c. 3.*
§. 1. A quibus adhuc differunt ille Romanorum *evocati*, qui
etiam sine salario castra sequentes, præcipuum exercituum
robur erant, & ex Civibus vel sociis sumebantur, sed roga-
tione & precibus, atque ideo *evocati* dicti: Henric.
Savilis *de mil. Rom. p. 36.* An vero inviti etiam ad militiam
sint cogendi? v. Perez. *in C. de re mil. Lib. 12. num. 5.* Sunt
denique stipendiarii aut gratuiti; ubi queri solet, an militare
queamus juxta conscientiam pro stipendio? v. Besold. *L. 1. po-*
lit. c. 4. n. 14. Lutheri Tract. *Ob Kriegs.* Leut auch in sel.
Stand seyn können. *zom. Jen. Germ. 3. fol. 315.* Gail. *1. de*
pac. publ. 4. n. 33. Unn. *Disp. 14. n. 79.*

§. 4. Illud prætermittendum non erit, hos maxime
dignos esse privilegiis, qui gratis labores militares suscipi-
unt: majori namque favore complectendi, videntur & ex-
cellentioribus ornandi præmiis, qui non tam lucrispe, quam
quidem erga patriam amore stimulati vitam periculis expo-
nunt, & quasvis superare conantur belli difficultates. Paul.
Voët *ad p. 2. de test. mil. n. 2.* Cæterum supernumerarios
non frui privilegiis, manifestum est ex *L. 3. C. de Offic. Mag.*
mil. & quomodo id accipiendum hodie v. Joh. Voët. *d. tr. c. 6.*
§. 2. Multo minus ad eos delabetur privilegiorum emolu-
mentum, qui tales sunt nominetenus, nudum quippe mili-
tiæ

namen omni carere debet effectu, nec quicquam juris illud tribuere cuiquam potest, quod revera nil nisi signum est. Nig. Cyriac. *Controv. for. 201. n. 43.* & *v. 98.* Praemia etiam ob meritum & virtutem dignis collata, *L. 26. §. 1.* *in f. ff. de test. mil.* ut vero indignis, tantum absuit, ut potius severissimis penis alias sint obnoxii. Dn. Reyh. *d. Dissert. c. 5.* *tb. ii.* & *c. 6. tb. 5.* Unde nec erronibus & vagantibus ea competit, Schuz. *Jur. publ. V. 2. D. i. n. 14. lit. d.* Circumforanei enim, Gartirer, Landstreicher, ipso facto, absque ulla sententia declaratoria, in bannum incidunt Imperiale, & pro bannitis habentur. Reform. guter Policey zu Augspurg. *d. An. 1548.* *tit.* von Herrenlosen Knechten. 7. R. A. zu Augspurg. *d. An. 1548.* §. und dieweil wit. 37. & seqq. Policey Ordin. zu Frankfurt. *d. An. 1547.* *tit.* von den Herrenlosen 7. nec militium, sed latronum nomine digni sunt: *L. 24 ff. de captiv. & postlim.* *L. 118. d V.S.* hinc etiam in fideicommissis non succedunt. Knipschild. *d. Fideicom. fam. illastr. c. 8. n. 467.*

CAPUT III.

De Legitimo milites conscribendi modo.

§. I.

Divisiones haec tenus recentur ut de militibus praedicari queant, ante omnia requiritur, ut illi sese dent militare. *L. 29. ff. de lib. caus.* *L. 4. §. 1.* & *2. ff. de re mil.* Ita in aliam militiam nomen dare dicitur in *d. L. 4. §. 9.* Neminem enim presumi militem, sed probandum esse, & unde id fiat?

400 100 400

fiat? constat ex Mascard. de probat. V. 2. concl. 1057. & V. 3.
concl. 1059. n. 7. seqq.

§. 2. Itaque, ut vere quis sit miles, oportet conscriptum & assumptum esse ab eo, qui illius rei potestatem habet. In Imperio autem militis conscribendi licentiam extoris concedere Imperatoris proprium. Besold. Lib. r. polit. c. 8. n. 5. v. 2. & in R. I. d. A. 1570. salubriter constitutum est: Dass ein ieder frembder Potentat, wer der auch seyn mag, so im Heil. Röm. Kriegs & Woldt werben lassen will, bey einem Regierenden Röm. Kaysser darum zuförderst ansuchen soll? darneben denen Erbys: ausschreibenden Fürsten verbürgte Caution und Zusage leisten. v. Sam. Luffts Repert. Jur. Sax. voc. Soldat. A quibus vero & quomodo miles in Imperio Rom. Germ. pro exterio Principe conscribi possit debeatve, vide ri potest, in des Heil. Röm. Reichs R. B. de A. 1570 Verzeichniß etlich soniderer Puncten. & R. A. de A. 1582. §. ferners. & seqq. add. Lynn. ad Capit. Caesar fol. 642. Hodie nos quod attinet in milite conscribendo mores, latius de eo tractat Voët de jur. mil. c. 2. §. 12. Olim impositum etiam quibusdam fuit onus conferendi milites, ut in L. 3. 10. & 16. Cod. Theod. de. Med. & Profess. ubi immunes ab hoc onere pronunciantur Medici & professores literarum, una cum uxoribus suis & filiis.

§. 3. Deinde exigimus in milite legitime conscribendo, ut ille nomen suum profiteatur: L. 8. ff. de re mil. quod facere potest, qui voluntatem militandi cum facultate conjunctam habet. Homo enim naturaliter alterius homines, volens volenti instrumentum esse potest. Grot. L. 3. c. 6. §. 9. Inde succedit Inauguratio, ex qua autoramentum & legitimam militandi facultatem milites consequuntur,

C

Gell.

¶ ¶ ¶

Gell. L. 16. c. 4. Totam hanc inaugurandorum in Anglia & alibi militum ceremoniam ex Veteri Codice Gallico edit Edward Bissæus, quam paulo emendatiorem exhibet du Fresne in *glossar. rom. 2. verb. milites.* Nec prætermittenda erit Immatriculatio & in Numeros Relatio; ex eoenimi tempore quis incipit frui privilegiis militaribus, ex quo in numeros relatus est, L. antepen. ff. de test. mil. L. un. ff. de bon. poss. ex test. mil. Et tunc demum solidatus appellatur, uti probant Cassiodorus, Vegetius & Frontinus. Nec obstat, quod in d. l. un. scribitur, militem esse, quamvis in numeris non sit: hoc enim ad eum pertinet militem, qui ex uno numero ut in aliis reponeretur exenitus, eo non dum pervenit. Nam interim miles est, quamvis adhuc non sit in aliquo numero Calv. in *Lex. jurid. verb. milites.* Designat autem numerus hic non aliud, quam ordinem seu militum collectionem, quales sunt cohortes, centuriae, contubernia, turmae, alæ, cunei, &c. L. 2. in p. §. 1. ff. de his qui nor. inf. L. 4. §. 10. ff. de re mil. L. 31. C. Loc. Gothofr. ad d. L. un. Bocer. de bell. c. 10. n. 3. Nullo vero modo sufficere putat Voet. d. tr. c. 2. §. 3. nomen militis inscriptum esse matriculae, verum illud insuper desiderari, ut in ordinem aliquem referatur vel classem, certisque sub signis. L. 4. L. 35. §. 1. L. 42. de test. mil. L. 15. C. de re mil. Ipsa in numerum relatio quid sit? v. Bocer. de bell. d. I. n. 1. & sane ultimus hic in militibus constitueris actus est, ex non milite militem efficiens, & omnia militaria jura tribuens atque privilegia. L. 42. ff. de test. mil. Steweck ad *Veget.* de re mil. L. 2. c. 5. Utique enim ea non nisi in matricula positis competunt. Masecard, de prob. V. 3. concl. 262. n. 66.

§. 4. Vinculum denique totius militiae est jusjurandum s. sacramentum. Sen. Epist. 15. In L. un. ff. d. test. mil. audit

audit sacramenti fides. L. 8. ff. de Leg. sacramenti religio.
Item, fida militum devotio. L. 9. C. quan. prov. non est
conce. L. 17. C. de ergo. mil. ann. L. 7. C. de metar. quod ab
initio præstandum est. Quapropter in procem. Der R. B.
zu Speyer, d. A. 1570. statim dicitur: omnes & singulos
militantes, tum Præfectos tam gregarios milites ad servan-
das has Leges adigi debere, id enim est, sollen darüber
gehandfest werden; & ab intio der Fußl. Best. art. 1.
formula jurisjurandi exprimitur, qua obstringitur militan-
tium fides ad obsequium sine exceptione præstandum. Et
in der Bestellung des Feld- und Reuter- Rechtens, art. 6.
etiam modus adigendi jurejurando describitur: Endlich
soll der Feld- Oberst auch an sie begehren, daß sie dem
alten Herkommen nach, ihr Mehr darüber machen, die
Hand alle sämtlich aufheben, und geloben wollen, den
me allen, so in der Bestallung begriffen, treulich und
festlich nachzukommen. &c. Apud Romanos antiquitus
triplex observabatur sacramentum, ut in doctissimo Differ.
demonstrat Herm. de Schele ad castra Polybiana. c. 1. de
sacramentis. Nostro in Imperio formula juramenti subin-
de mutata est, quas fere omnes ex probatisimis Autori-
bus iisque coætaneis summo studio collegit Brisson. 15. de
Form. pop. Rom. p. 28. Cœt. de jur. & privil. mil. L. 1. c. 6.
& post Constantin. Vegetius talem exhibet formulam,
Lib. 2. Inst. mil. c. 5. *Jurant milites per Deum & per Christum*
& per Spiritum S., & per Majestatem Imperatoris, quæ se-
cundum Deum generi humano diligenda est & colenda, omnia
se strenue facturos, quæ præcepit Imperator, nunquam de-
serturos militiam, nec mortem recusaturos pro Romana Re-
publica.

§. 5. Priusquam autem milites noviter lecti vexillis

C 2

hoc

hoc juramento se obstrinxerunt, ehe sie zum Fähnlein geschwohren, eosdem privilegiorum militarium participes esse, negat Burger. cent. 2. observ. 78. per L. 25. ff. de test. mil. & Gothofr. ad eam. L. 42. ff. ed. & L. 16. ac Gothofr. ibid. C. de test. mil. A die vero receptionis quod iisdem fruantur, communiter tradunt Dd. in L. 3. C. de Offic. Mag. mil. & in L. 43. ff. de mil. test. Cæterum professio hæc in ordinibus militaribus ex quibus tacite censeatur facta? v. Ricc. P. 3. Dec. 206. p. 276. & de cinctura militis, vom Noth-Hembde der Soldaten. Schottel. de div. jud. c. 14. Duaren. ad tit. ff. de test. mil. c. 5. Scheenborn. 6. Polit. 13. Hodie pro cinctis habentur, quamprimum facta probatoria, in der Musterung, recepti, certoque armorum generi adscripti sunt, Dn. Reyb. d. Dissert. c. 4. tb. 7.

CAPUT IV.

De Privilegiis militaribus.

S. I.

Restat, ut paucis adhuc de privilegiis, quæ virtutis militaribus tribuuntur, videamus. Cum enim nimis arduum sit illorum officium. Matth. Stephani ad Nov. 16. n. 2. & 3. ad hoc merito excitandi fuerunt beneficiis singularibus, ut compensetur aliquo modo egregia illa opera, quam in defensione communis patriæ non sine maximo vite discrimine veri milites adhibent. C. A. de pec. cast. tb. 12. pr. Præmia siquidem valde accendunt animos, quis enim virtutem amplectitur ipsam, præmia se tollat? querit Juve-

Juvenalis. Id quod etiam videmus in functionibus militaris, ubi nec domesticus quidem miles militar *gratis* adverbialiter, sed in dativo casu, ut loquitur Warenum, ab Ehrenberg. *i. de fæd.* *2. n. 133.* Attamen hos nemo arguat iustitiae, qui in cassum laborare non cupiunt, cum ipsum Jus Civile passim de militum præmiis constituat, quod non solum licitum putat, pro altero defendendo mercem accipere, *L. 9. §. 1 ff. quod met. caus.* sed etiam, ut adolescentes ad militiae labores invitarentur, plurima militibus privilegia concessit. *d. Diss. c. 5. tb. 5.*

§. 2. Hac autem ejusdem generis non sunt, sed proportionate causarum variant, sicut ea tum in genere, tum in specie, que personis militum commodum afferunt, exhibet Bocer. *de bell. & duell. c. 16. & 17.* Otto *de jur. publ. c. 19. ad fin. add.* Ricc. *coll. Dec. 354.* Perez. *in C. de re mil. n. 20. & 21. segg.* Eximia etiam esse, ex eo colligere est, quod & tertio præjudicare Princeps in favorem militum possit. *L. 15. §. 2. ff. de R. V.* ubi disponitur assignationem factam militibus bene merentibus rei alienas valere in præjudicium tertii, & concordat *L. 11. p. ff. de Eviſt.* ubi habetur, quod de potestate Principis possint possessiones subditorum distrahi & Veteranis assignari. Rom. *Conf. 310. Caſtr. conf. 178. Lib. 1. Fulgos. conf. 143. Dec. conf. 271. n. 3. conf. 390. n. 10. & conf. 498. n. 25.* Pacian. *conf. 29. per 107.* ubi, quod tunc Princeps non dicatur uti potestate absolute, sed ordinaria. v. Franc. Andreol. *controv. 290. n. 15. & 16.* Nec tamen ad illicita unquam extendi debent militum privilegia. *L. 2. C. de prio. scbol. L. 31. C. de Loc.* ideoque nec dotale prædiuum invita uxore recte alienar, aut oppignorat miles contra Legem Jul. *L. 16. ff. de reſt. mil. add.* *L. 41. §. 1. ff. eod. L. 14. ff. de his, quæ ut indign.*

§. 3. Durationem eorum quod attinet, de ea quoque dispiciendum est. Quamdui autem pleraque durent, & quod modicum absentiae tempus non noceat. v. Burg. i. Obs. 40. Nostro in Imperio Germ. cum a die Lustrationis in tres menses minimum conduci soleat exercitus, & inde quamdui Imperator & Imperium eorum opera uti voler; R. B. art. i. f. B. art. 74. itaque decernitur, ut si dimittantur milites primo vel secundo mense, stipendium tamen trium mensium integre numeretur, exclusa tamen pecunia, qua^e alias pro recessu datur, (Abzug oder Abtritt) quod si autem tertio dimittantur, tum non tantum stipendium trium mensium plenum, sed etiam pecunia dimissis dari solita persolvatur. R. B. art. 9. Intelligenda vero haec sunt de missione causaria & honesta, utique enim is, qui ignominia mittitur, privilegiis, v. g. peculii castrensis, excidit. L. 26. p. ff. de test. mil. C. A. d. I.

§. 4. Sed an etiam Nostrates milites privilegiis Romanii militis gaudeant, vulgaris & passim obvia quaestio est. Quanquam autem sint, qui putant, hodie cessare in iis, qui sponte in militiam abeunt, privilegia & beneficia, necessariae militiae olim data, ut Luc. de Penn. in l. f. C. de erog. mil. ann. sensit. Attamen omnia sere & qua^e specialiter ademta non sunt, nostris etiam militibus, utut a vetere illa disciplina alienis, arg. L. 3. C. de Fabric. Lib. n. Accursi. ad L. pen. ff. ex quib. caus. maj. competere non ambigimus, quandoquidem pro patria, pro religione, pro aris & focis nostri eque pugnant ac Romanorum milites fac. L. ult. C. de jur. delib. Vigl. in pr. f. de test. mil. Gail. 2. obs. 118. n. 1. Vaud. L. i. qua^e. jur. civ. c. 5. Wisenbach. Disp. XIX. eb. 10. Accedit, quod, postquam militia se quis dedit, tunc quod ab initio voluntatis fuit necessitatis redditur, ex simili ratione

ratione simili jure milites frui debeant, nec intererit, utrum initium sit voluntarium an necessarium. Maev. P. 4. Dec. 229. n. 4. add. Hond. 1. cons. 83. Viv. Dec. 491. Bocer. c. bell. c. 26. & in tr. de tortur. c. 4. n. 66. & seqq. Besold. de trib. domest. societ. spec. fol. 104. Mynsing. Dec. Resp. 46. Trentacinq. Lib. 2. tit. de Excep. res. 1. fol. 97.

CAPUT V.

De

Privilegiorum militarium derivatio- ne in alios.

§. I.

PRIVILEGIA ista, quæ militibus competere modo diximus, ad alios quoque extenduntur ac derivantur. Sic nominatus a milite, quando gaudeat privilegiis? disquistit Neap. 4. dig. tit. milites. c. 2. Doctores quidem & Advocati etiam militibus æquiparantur in supra alleg. L. 14. C. de Adv. div. jud. Fontanell. de pac. Nupt. P. 1. claus. 3. gloss. n. 26. Illud tamen non sit simpliciter & absolute, sed secundum quid, ut videlicet gaudeant Doctores & Advocati privilegiis, militibus respectu prærogativa & meritorum, d. l. 14. non vero propter simplicitatem & ignorantiam concessis: hinc v. g. illis concedendum non est, ut jure militari testamentum condere valeant. Turpe enim ipsis esset, jus in quo versantur ignorare, vel ignorantiam ejus prætendere. L. 2. §. 43. ff. d.O. J. An & studiofis ea permittenda sint?, v. Dn. Brunnenm. ad famosissimam illam

aus. b.

autb. C. Habita. nefil. pro pat. De Clericis gloss. in L. repetita. C. de Episcop. & Cler. gl. in c. Episcopus. 37. dist. add. gl. in §. appellantur. J. de Excep. Et de Manachis Illustr. Dn. Praes, in anal. ad. Dessel. L. 3. t. 35. q. 1. An porro indistincte ad milites Christi, uti dicuntur, (quales se se inscriebant Templarii, quod potissimum docemur ex sigillo chartae Gerberti Herac. Citramarinorum Templariorum Procuratotis, A. 1190, appenso, apud Berard. in Burundicis. p. 263. in quo inscriptum, *sigillum militum Christi.* v. Monastic. Anglic. tom. 2. p. 997.) & ad coelestem militiam applicari queant privilegia? v. Cæv. qu. 329. Merend. L. 6. c. 8. Joh. Andre. quæst. Mercuriar. tit. de R. J. p. 725. n. 30. Denique num a milite ad Nobilem & Vafallum quoad extensionem beneficii competentiae valeat consequentia, dubitat Gofwin. ab Esbach. in not. ad Carpzov. P. 1. C. 32. D. 15. n. 3. Rosenthal. tamen. synop. jur. feud. c. 8. n. 4. annotat, quod miles ad bellum a Rege Franconiae indictum profectus, non teneatur Baroni suo Domino feudali contribuere pro expensis, quas ipse in eadam Regis militia fecit. Cæterum miles pro Vafallo passim, aliquando tamen ~~ad exercitum~~ sic dicitur, ut 2. F. 2. de Vasallo milite, & tum magis Domino opponitur, quam pagano. 1. F. 21. 2. F. 27. 3. &c. conf. Bitfch. b. & de milite Vafallo arma deponente, ad 2. F. 21.

§. 2. Plane autem privilegio militari, quod militibus præmii loco plerumque indulgetur, non fruuntur ii, qui actu non militant, per L. pen. C. de rest. mil. Carpzov. Jurisp. For. P. 2. C. 25. D. 6. n. 10. sed quotidie versantur per plateas. Barcol. in L. militem. C. de procur. Bonus de Curtili. tr. de Nobilitate. p. 3. n. 152. Agens autem in militia qui dicatur, & quis stare in exercito belli? v. Mastrill. Dec. 73.

MEMBR.

MEMBR. II.

*Quid Peculium, & cum primis militare
seu castrense sit?*

CAPUT I.

• De

*Peculio in genere, & ejus divi-
sionibus.*

§. I. *L. i. 1. q. 1. b. p. 100*

Vidimus haec tenuis, quantum pro ratione instituti nostri sufficere credimus, de personis militaribus: nunc ad ipsum peculium, qua constitendum est, transeamus. Est autem propria peculi appellatio eorum, quæ filiorum familias sunt; emancipari non dicuntur habere peculium; L. ult. §. ult. C. de inoff. test. quamvis filia emancipata dicatur habere dotem prosecutiam. L. 5. §. u. ff. de jur. dot. Cujac. tr. 8. ad Afric. in explic. L. 34. ff. solut. matrim. Perez. in tit. C. de Episcop. & Cler. num. 3. Wiesenbach. Disp. 16. tb. 3. in fin. Aliquando tamen ipsorum etiam patrum familias bona peculi appellazione continentur. vid. L. 16. ff. ad SCt. Trebell. Brisson. de Verb. Sign. verb. peculium.

§. 2. Dictum est peculium, si etymon spectes, quasi pusilla pecunia sive patrimonium pusillum, L. 5. §. 3. ff. de pec. & formatum (ut & pecunia) a pecu. Menag. in uman. jur.

D

jur. civ. c. 39. Festus enim testatur peculum servorum dictum esse, ut pecunia Patrumfamiliae. Sic Isidorus, XV. 17. *Pecunia prius de pecudibus & proprietatem habebat & nomen: de corio enim pecudum nummi incidebantur & signabantur.* Et deinde: *Omne patrimonium apud antiquos PECULIUM dicebatur, a PEBUDIBUS, in quibus eorum constabat universa substantia; unde & pecuarius dicebatur, qui erat dives, modo vero pecuniosus.* Add. Plutarch. *in vit. Public.* Paul. Warnefried. *Lib. 2 de gest. Longobard. c. 3.* Hinc pecunia majus patrimonium: peculum, pusillum pecuniam sive pusillum patrimonium filiisfamilias vel servi significat. *L. 5. in f. ff. de pecul. §. 10. f. de Act. Wesenbec. in parasit. ad tit. ff. de pec. n. 3.* Patrimonium autem quod appelleret Ulpianus in d. l. s. indicare voluit, quod ipse alibi scripsit, solere plerosque patrimonium suum

i. e. diminutive peculum appellare. Alioqui nec in Patremfamilias liberum peculii nomen cadit, nec patrimonii bonorum in servum. *L. 182 ff. de V. S. cum peculium, ut glossae Veterum definiunt, possessionem ejus, qui in aliena potestate est, servi vel filii; patrimonium vero jus & dominium significet.* Scip. Genul. *Lib. sing. Orig. p. 270.* add. Gothfr. *ad d. l. 182. lit. s. & L. 17 ff. de pecul. lit. f.* Aut, si mavis, improppia & magis comparata hec vox est, si eam, ut Jcti solent, proprie accipias, quod etiam Justinianus in d. §. 10. f. de Act. Ulpianus in L. 19. & 32. ff. de pecul. Florentinus in L. 39. eod. adiecta voce veluti satis ostendunt. Vultej. *ad d. modo §. f. n. 2.*

§. 3. Hinc sit, ut peculum quandoque denotet universa bona & totum patrimonium. quod possidet homo sui juris; *d. l. 16. ff. ad SC. Trebell.* interdum significet pecuniam praesidii causa repositam, quam patersfamilias non nisi

nisi extrema necessitate coactus impedit, ein Noth^s
 Pfennig, den man in Stollen legt. L. 79. §. 1. de Leg. 3.
 C. A. b. 1. tb. 2. n. 3. Ulpianus etiam auctor est, Gallos
 peculium appellasse res mulieris extra dotem constitutas,
 (quas Graci παρεπέρα dicunt) L. 9. §. 3. ff. de jur. dot.
 Jcti quoque peculium nuptae appellant ea, quæ præter do-
 tem & marito traduntur. Papinianus L. 31. §. 2. ff. de Do-
 nat. L. 7. C. solut. matrim. Cujac. lib. 17. obs. c. 6. Giphan.
 in L. 30. §. 1. ff. de Donat. n. 39. & 40. Ut plurimum vero
 & regulariter in jure nostro significat universitatem rerum,
 quam servus domini, aut filius familias patris permisso se-
 parataam a rationibus dominicis vel paternis habet: quo
 sensu peculiare dicitur, quicquid in peculio aut ex peculio
 est, ut peculiaris servus. L. 3. §. 7. ff. de suis & legit. L. 25. ff.
 de pec. leg. L. 13. ff. de jur. patron. L. 14. ff. de except. L. 9. ff.
 de castr. pec. Notandum autem hic, quod res peculiares
 a peculio ipso omnino differant, ut probatur in L. 56. ff. de
 R. V. L. 39. & 40. ff. de pecul. Est enim peculium univer-
 sitatis juris, sicut hereditas, quæ res, jura & actiones in se
 continent, ut declarant Dd. in L. 1. ff. solut. matrim. v. Bo-
 lognet. in L. 1. de Leg. 1. n. 199. col. 3. fol. 58. Nec obstat
 d. L. 5. §. 3. ff. de pecul. cum verba pusilla pecunia deno-
 tent universitatem, & in L. 40. pronomen id significet jus
 continens res peculiares; vel ibi ponuntur res ipsæ pro
 universitate. v. Idem in rubr. ff. solut. matrim. n. 194. seqq.
 atque sic nomine peculiari fieri dicitur, quod in causam pe-
 culii fit, & ut in peculium vertatur. L. 16. §. ult. ff. de liber.
 caus. Si servus tuus peculiari nomine emat rem. L. 2. §. 10. ff.
 pro emt. i. e. ex causa peculiari. L. 44. §. ult. ff. de Usucap.
 Ita peculiariter fieri, peculiaris merx, peculiares ædes quid
 denotent? vid. apud Brisson. de V. S. p. 150. Hinc pecu-
 liares

liares creditores, qui filiosfamilias peculium habenti crediderunt. L. 18. §. 5. ff. fam. herc. Creditores peculiarii. L. 4. ff. de pec. leg. Item debitores peculiares. L. 26. §. 8. ff. de condic. indeb. L. 7. §. 1. & L. 10. §. 6. ff. de in rem. vers. qui videlicet ex causa peculiari filiosfamilias quid debent.

§. 4. In hac igitur significatione ultima, que hujus est loci, describitur peculium, quod sit quasi patrimonium sive universitas juris, imo rerum, quam illi, qui in alterius sunt potestate, a rationibus illorum, in quorum potestate existunt, jure separatum habent. I. 4. p. l. 5. §. 2. & 3. ff. de pecul. Quasi patrimonium vocatur in l. 32. in f. pr. l. 39. l. 47. inf. ff. eod. d. §. 10. f. de act. Universitas in l. 20. §. 10. ff. de her. petit. v. de l. 56. ff. de R. V. Glavan. de Usuf. c. 7. n. 5. Dn. Tabor. de P. P. c. 3. ib. 3. B. Struv. in Synt. Exerc. 20. tb. 61. inf. & Illustr. Dn. Praes in Anal. ad eum.

§. 5. Hoc peculium est vel servorum, vel filiorum fam. d. §. 10. f. Illud servile appellatur, I. 4. p. ff. de pecul. & est, quod servus domini permisso separatum a rationibus dominicis habet. I. 5. §. f. ff. junct. l. 8. ff. eod. B. Struv. d. l. tb. 62. Hoc vero est vel paganum vel militare: Istud rursus tum profectitum, tum adventitium, & hoc vel Ordinarium seu regulare, & Extraordinarium seu irregulare. Militare vero est tum castrense, tum quasi castrense Bachov. ad §. 1. f. per quas pers. nob. acq. n. 2. Illustr. Dn. Praes in Anal. ibid. Alii ita distinguunt, ut dicant quoddam paganum, quoddam castrense, quoddam quasi castrense esse, per l. ult. C. de inoff. test. Paganum rursus vel dominicum vel paternum. Brisson. d. V. S. verb. peculium. Quodnam vero sit castrense, quodnam quasi? v. Joh. de Plat. in l. 1. circa fin. C. de castr. pec. l. n. C. Theod. de Assessor. domest. & cancell. ubi: si quis vivo patre

tre

tre cuiuscunque judicis consilio adhaerit; quicquid ex iustis & bonis causis acquisierit, hoc sibi vindicat, sicut & illius filius, qui aliquid vivo patre in armis constitutus acquisierit, jung. l. 7. C. Iust. eod. tit. l. ult. C. Theod. de postul. gloss. in d. §. 1. I. per quas pers. Utrum autem, quod filius acquirit ex pecunia patris, sit profectum an adventitium? disquirit Cæv. q. 152. Cæterum pleraque horum peculiorum discrimina v. apud Fabr. Decad. 43. error. pragm. error. §. num. 18.

CAPUT II.

De

Peculio Castrensi in specie.

§. I.

OMnes hactenus recensitas peculi species ut latius investigemus, nunc non vacat; sed de unica saltim, castrensi nimurum, imprimis sumus solliciti. Aëstimatatur autem ea ab ipsa duntaxat occasione castrensi; cum sc: Imperatores res in militia acquisitas a paternis rationibus separarunt, & illas sub nomine peculii castrensis pleno jure filii familias concederunt: idque ut præmio aliquo adolescentes ad bellorum pericula obeunda excitarent eosque studia sibi conciliarent. pr. I. quib. non est permis. fac. test. Vinn. ad §. 1. I. per quas pers. n. s. & ita de facto consultum se respondisse in causa Veneta nobilissimorum virorum, testatur Galvan. d. l. n. 8. Ratio enim, cur in eo nullum jus competit patri, atque alia militibus

D 3

con-

concessa sint privilegia, vix alia est, inquit Manz. ad §. 1. J. per quas person. &c. n. 6. quam favor militantium, qui pro Rep. vitam exponunt & pericula subeunt, ut ea a ceteris avertant. &c. An vero quod castrense est, haberi etiam possit profectum vel adventitium? v. Mej. C. A. de pecul. tb. 3. Iure Saxon. huic peculio quodammodo aequipan-
tur res expeditorie, das Heergewette, sub quibus quid intelligatur, videre licet im Sachsen-Spiegel. lib. i. art. 22. Schultz. Synops. Instit. de success. cogn. lit. e.

§. 2. Definitur peculium militare seu castrense, se-
quendo l. n. ff. de castr. pec. l. 1. C. eod. quod Imperatoriis
Constitutionibus in favorem armatae militiae, pleno jure &
rationibus paternis est separatum, & complectitur ea, quae
filiosam. militi & in militiam eunti ad eam donata, atque
ab ipso ratione & occasione militia acquisita sunt. l. 3. C. de
bon. proscript. Baro Enenckel. de privil. mil. lib. 2. priv. 23.
n. 22. Brunnemann. ad l. 2. ff. de castr. pec. n. 1. Manz. d. l.
n. 4. Dn. Tabor. alleg. loc. tb. 5. Calvin. in Lexic. jurid. verb.
peculium. Cum enim olim filiosam. & servii pariter in ea-
dem essent conditione quoad bonorum acquisitionem,
l. 7. ff. de acquir. vel amitt. hered. postea tamen filiosam.
qui nomen militiae dederit, castrense Legibus concessum
est peculium, & constitutum, ne jus ullum in illo patri
quaeratur vi patriae potestatis, d. §. 1. J. per quas pers. l. 10.
l. 12. ff. de castr. pecul. l. 3. C. eod. l. f. C. de inoff. test. Il-
lius enim peculii contemplatione pro patresfam. habetur
& in eo omnia, quae in suo patrimonio patersfamilias, jura
ac potestatem, jure sibi vindicat. l. 2. ff. de SGt. Maced. Un-
de & Juven. Sazyr. ult. ait:

Solis

*Solis præterea restandi militibus jus
Vivo porre datur, nam quæ sunt parta labore
Militia, placuit non esse in corpore census.*

Atque hoc casu septuplicia bona, quæ sic sint peculii castrensis vel quasi, enumeravit gloss. in art. i. lib. i. *Land Recht.* & de singulari quadam peculii Castrensis specie Divus Constantinus rescriptis in L. un. C. de caſt. omn. pa-
latin. pec. Justinianus autem neque in l. 6. pr. C. de bon.
que lib. neque alia ulla sua Constitutione quicquam inno-
vavit quoad hoc peculium, sed tantum quoad adventitium,
ut constat apertissime ex d. l. 6. Ant. Fab. error. pragm.
Tom. i. Dec. 41. err. 8. n. 8. secutus tantum ejus auctorem,
qui videtur fuisse Augustus, a quo etiam filiis data facultas
de illo testandi in p. J. quib. non est permisſ. &c. ut propte-
rea ad ea, quæ de Augusto narrat Tacit. i. *Amal.* ubi mili-
trem donis, populum annona, cunctos dulcedine orii pellere:
etiam hujus privilegii origo merito referri possit. Galvan.
de Uſuf. c. 7. n. 8. add. de causa officiente proxima & re-
mota Mej. in C. A. de pec. tb. 2.

§. 3. Licentia autem militibus in peculio castrensi Imperatoriis Constitutionibus concessa, quamvis late & multum pateat, modum tamen suum habere debet solum quoad fines peculii, alias enim manent ii filiisam adhuc patris potestati sunt subjecti, & præterquam in castrensi peculio in nullo sui juris & vice patrumfam. censendi.
§. 4. J. quib. mod. jus. pat. potest. solv. l. 3. C. de caſt. per.
l. 1. in. fin. d. l. 2. ff. de SCT. Maced. Hinc militibus in pa-
rentes omnino pietatis habenda est ratio, & si aliqua in eos commiserint, ab ipsis pro modo delicti puniri debent &
possunt: l. 1. p. ff. de Obseq. a lib. par. præſt. nec sine patris
volun-

voluntate recte contrahunt matrimonium, l. 35. ff. de rit.
 nupt. non magis, duam quilibet alias. l. 7. ff. eod. Cothman.
 Vol. 1. cons. 1. n. 693. Enenckel. d. l. n. 18. segg. Non tamen
 definit esse peculium castrense, cum filiusfam. miles esse
 definit & paganus sit, sed retinent illud etiam a militia
 dimissi. l. 17. §. 1. l. 19. §. 2. ff. de castr. pec. l. ult. p. C. de
 inoff. test. Quin & per accidens fieri potest, ut patersfam.
 retro peculium castrense acquisivisse videatur. Maj. C. A.
 b. tb. 3. Quando enim se arrogandum præbet, ipse
 etiam ea, quæ ante ratione militare acquisivit, tanquam
 peculium militare retinet. l. 4. §. f. ff. de castr. pec. Fœ
 mina an possit habere tale peculium vel quasi? v. Anton.
 Quesada. c. 7. controversial. & quest. jur. qui fortitudinem
 & eruditioinem multarum fœminarum recenset add. Ba
 chov. Disp. 8. de action. coroll. 2. p. 150. Lud dvv. de ult. Vo
 lunt. ad l. 7. C. de bon. quæ liber. Praefectiani etiam habent
 jus peculii castrensis, ac cæteri merentes in officio Praefecti
 Prætorio, l. ult. C. de pec. castr. add. l. 8. C. de offic. Rect.
 Provinc. Perez. b. n. 8. Itemque Palatini, neque enim alie
 nos a pulvere & labore castrorum putat Imperator Con
 stantinus, qui sua signa sequuntur & quos laborum proli
 xitas, & expeditionum difficultas exercuit. l. un. C. de castr.
 omn. palat. pec. Extenditur quoque illud ad alios quasi mi
 llites, l. ult. C. de inoff. test. Enenck. d. l. n. 16. & iij. cum
 & paganus tale peculium habere possit; Ant. Fab. Tom i.
 error. pragm. Dec. 47. err. 19. n. 5. ut sunt Consiliarii.
 B. Struv. Exerc. 34. tb. & Assessores. l. 7. C. de Assess.
 l. i. C. Theod. eod. l. i. §. 16. de Collat. conf. Umm. in proc.
 jud. i. 2. n. 13. Militia autem Palatina quomodo dicatur ad
 differentiam armatæ, v. l. 6. l. 18. ff. de re jud. l. i. C. de jur.
 & fact. ignor. l. 4. C. qui dar. iur.

§. 4.

§. 4. Ad hoc peculum pertinent res pecunia militis emitæ, vel cum alia re castrensi permutatæ, quæ ejusdem conditionis efficiuntur. *l. i. C. de cast. pec. l. 3. l. 6.*
L. penult. §. i. ff. eod. gloss. in l. 7. verb. res fuerit. ff. qui potior. in pign. l. 8. C. de R. V. l. 2. de donat. int. vir. & uxor. Servum castrensem si manumittat filius fam., suum facit libertum, non patris. *l. 22. ff. de bon. libert. l. 8. ff. de jur. patron. l. 32. §. 7. ff. de suis & leg. hered.* De cætero potest & sine corpore esse tale peculum, & in spe saltem probabili, quod intervenire corporalia possint; Bolognet, in *l. 1. de Leg. l. n. 200.* unde dicitur in *l. 3. §. f. ff. de V.* S. quod servi nulla est hereditas, ex eo, quia in illo nulla est spes: nullum enim est universale, quod sine corporibus veris vel præsumtis consistere queat. Extra militiam vero quod quæritur, in peculio hoc non est; *l. ii. l. 6. ff. de cast. pec. l. i. C. eod.* quo ipso ab eo removetur hereditas matris vel alterius cognati, cum quo nunquam militavit. *l. 16. ff. b. 2.* Sanguinis enim ratio, non militiae causa, meritum hereditatis accipiendas præbuerat. Sin vero idem commilito fuit, ad castrense peculum pertinere, ait *l. 19. ff. l. 4. C. eod.* Etenim peregrinationis laborem commilitiumque & obeundorum munerum consortium affectioni nonnihil addidisse, quinimo vice mutua cariores invicem sibi eos reddidisse credendum est. *d. II.* Unde etiam res immobiles a parentibus vel cognatis donata filiosam, in militiam ementi, castrensi peculio non cedunt, cum non militiae intuitu donatae videantur. *l. i. C. b. 2. l. 4. C. fam. hercifc. & fac. l. 4. ff. de cast. pec.* Immobiles autem occasione militiae aliunde quæitas in eo censeri, cædem Leges non minus aperte confirmant. conf. Illustr. Dn. Præses in *Anal. ad Struv. Synt. J. F. c. V. apb. 15. n. 4.* Quod si tamen filius in

E

castrensi

castrensi institutus, id nolit acquirere, pater illa bona acquirit plene, ac si fuisset ab initio heres institutus: Perez. in C. b. n. 6. quanquam alias nullum jus patrii competat in illud, t. t. ff. & C. de castr. pec. ne quidem ususfructus, sicut in reliquis peculiis: l. 6. C. de bon. quæ lib. adeoque nec ususfructus hereditatis, quæ filio occasione militiae contigit. l. 4. C. eod. comparatur enim ei, cui bonis interdilectum est. l. 18. §. 2. & 3. ff. eod. v. Mej. C. A. de pec. tb. 9. Unde neque ipse pater hoc alienare potest, neque patris creditores illud vendere vel aliter inquietare. pr. 3. quib. non est permis. fac. test. l. 12. ff. de pec. cast. Brunnem. ad l. 2. ff. eod. n. 2. in fin. Quando igitur expensas facit pater in castrenisibus, licet alias de suo proprio istas facere videatur. l. 32. ff. fam. ber. tamen censetur hoc ipsum fecisse ex castrenisibus, si quæ talia penes se habeat. l. ult. ff. de peri. hered. & docuit Bart. in l. Nescennius. in pr. n. 5. de neg. gest. Limitant allegati apud Mascard. de probat. V. 2. concil. 717. n. 7. & 8. De reliquo pater plus juris in castrenisibus praetendere nequit, quam ipse potuerit filius. Guid. Pap. Dec. Gratianopol. qu. 135. n. 2.

§. 5. Ad amissionem denique peculii militaris atque finem imprimis spectat, adeoque prætereundum minime videntur, quod & hoc ipsum & privilegia inde obyentia per mortem amittantur seu finiantur. l. 90. §. 1. ff. de acq. hered. Item, mutatione personæ, quando filius sui juris sit: Quamprimum enim sacris parentum filiisfamilias excunt, neque nomen peculii permanet, sed cum aliis rebus confunditur, & similem fortunam recipit, quemadmodum & cæteræ res eorum, quæ in unum congregantur ex omnibus patrimonio. l. fin. in f. C. de inoff. test. Enenck. d. l. n. ult.

CAPUT

CAPUT III.

*De**Quasi castrensi peculio.*

§. I.

Affine peculio militari est quasi castrense, ita dictum, quia ad exemplum, castrensis iisdem privilegiis a paterno patrimonio separatum est, §. f. *J. de testam. mil.* Wesenbec. *ad rubr. n. 5. d. l. ult. C. de inoff. test.* Brunnemann. *ad eam. n. 4. seqq.* nec in castris, sed in militia togata i. e. muneribus & officiis publicis, Magistratis & officialibus ex aerario penditur. *l. 4. ff. de Aſſessor. l. 2. C. eod. Trentacing. variar. refol. lib. 1. tit. de pecul. ref. 2. fol. 218.* Appellatur etiam velut castrense. *l. 7. C. de Aſſessor. l. 4. & l. 8. C. de Adv. div. jud. l. ult. C. de Collar.* Vetus glossarium interpretatur, τὸ εἰκέιον ιπτηδεῖματα περιβάλλειν. De origine ejus vid. Galvan. *allegato superius loc. n. 9.* Esse tamen jam antiquum, vel ex eo apparet, quod Tribonianus in d. §. ult. *J. de mil. test.* profiteatur, tam anteriores Leges, quam principales Constitutiones, quibusdam quasi castrense dedisse peculium. Intellexit autem per anteriores Leges, quod jus hoc Jurisprudentum quoque scriptis comprehensum, veteribusque Constitutionibus Principum ante Constantimum M. sanctum sit; & hoc est, quod *l. 1. §. 15. ff. de collar.* dicitur, ibi: *multis constitutio- nibus continetur.* Unde Tribonianum erroris perperam argui in hac parte, multis propugnat Gothofr. in *C. Theod. ad l. ult. de postul.*

E 2

§. 2.

§. 2. Hoc quasi castrum puculum est eorum, qui milites neque sunt, neque unquam fuerunt. Ant. Faber. d. l. n. 5. seu, quod ad exemplum castrum, in favorem quasi militiae a rationibus paternis pleno jure Constitutionibus Imperatorum est separatum, & comprehendit ea, quae filius familiæ ex quasi militia vel ejus occasione licite acquisivit. d. text. Calvin. in Lex. jurid. verb. peculium. Conan. l. 9. c. 4. n. 4. B. Struv. d. Exerc. XX. tb. 68. C. A. tb. 12. Clement. eff. 9. n. 7. Sicut enim castrum in favorem veræ seu armatae militiae est inventum; ita ad illius imitationem hoc quasi militare in favorem quasi militiae filii familiæ est concessum: §. f. 3. de test. mil. aut. Presbyteros. C. de Episc. & Cler. quo respectu medietatem inter verum castrum & paganum habere dicitur in f. pr. C. de inoff. test. Ad hoc enim præcipue pertinet queatus percepti ex officiis illis, que militiae appellantur, de quibus in l. 22. l. 49. §. 1. ff. de leg. 2. l. 52. §. 2. ff. de aet. emr. unde & fortasse quasi castrum puculum appellatio deducta est. Glavan. d. l.

§. 3. Tale puculum habere possunt filii familiæ, qui in Ecclesia vel Rep. quasi militant, & vel cœlesti vel seculari militiae nomen dederunt: C. A. de pec. castr. tb. ult. Perez. in C. eod. n. 9. ut sunt Assessores Magistratum, qui de publico salario exemplo ipsorum judicium accipiunt. l. 7. C. de Adfiss. tit. C. de ann. & capit. administ. & eor. adfiss. quoniam salario in puculo quasi castrum censentur licitorum & honestorum lucrorum numero, & quod clarus dicitur in l. 1. C. Theod. de bis, qui administ. l. un. si. Provinc. Rec. Assessores judicium seu administrantium socii atque participes sunt, & quedam eorum portio videtur. Gothofr. ad d. l. u. C. Theod. p. 69. Deinde Apparitores.

ritores. l. 16. C. Tb. de cōborr. Item Advocati. l. 4. l. 8.
l. 14. C. de adv. Quicquid enim vivo patre filius Advocatus de causarum susceptione acquisierit, sibi noverit vindicandum, sicut castrense peculium, quod in armis constituti filii probantur acquirere, vel illi, qui judicariam vivis parentibus meruerint potestatem. l. ult. C. Theod. de postul. & Gothofr. ad eam. p. 141. add. Nov. Valentiniani III. inter Theodosianas de postul. 34. ubi hoc privilegium peculii quasi castrensis omnibus Advocatis, non solum per forum Praefecti Praetorio, sed in universis judiciis a Valentiniano III. pariter tribuitur; ut scilicet ex professione sua acquirere pleno jure possint honorarium, quod Græcis ονυχονδη, de quo l. 2. C. de concuss. adv. l. 5. C. de postul. imo. omne aliud solatii & emolumenti genus, quod his extrinsecus tanquam Advocatis acquiritur, etiam causarum Patronis nostri temporis, licet ex publico salarium non accipient. Enenck. de privil. parent. & liber. priv. 10. n. 53. Molin. de Just. & Jur. tr. 2. D. 23. n. 2. Hoc in numero quoque sunt tamdiu questia illa puncti solatia (i. e. commoda, ut l. penult. C. Theod. de Palat. S. L. add. l. 15. C. Just. de adv. div. jud.) in Anastasi l. 4. §. 1. C. de adv. &c. qua, ut loquitur l. ult. C. Tb. de privil. eor. qui in sarc. Palat. a donis meraque dignitate Principis, certo scilicet & solenni die (en! punctum illud. Gothofr. ad b. l. ult.) certa quodam solennitate, ac nominatim solenni festivitate Kalendarum Januariarum, Principes in solio sedentes, munera quædam seu de nativum elargiri solebant Palatinis. l. u. C. Theod. de Palatin. An Procuratores habeant tale? v. Trentacing. var. resol. lib. 1. tit. de pec. ref. 1. & de Procuratoribus Cameræ Imperialis & aliorum superiorum Judiciorum ordinariis. Bachov. de act. Disp. 8. coroll. 2. & in not. ad Treutl. V. l.

E 3

Disp.

Disp. j. th. ult. lit. d. Ludvy. de ult. volunt. ad l. 6. p. C. de bon. quæ liber. Quæflus, quem ex officio Notariatur filius facit, utrum peculium quasi castrense an adventitium dicatur? Gravett. consil. 699. add. Barbos. ad l. fin. C. de inoff. test. n. 4. Joh. de Lugo. de Just. & Jur. Disp. s. sed. 2. n. 17. Clericorum bona esse talia, ait Innoc. in c. quia nos. ub. Covarruv. n. 1. de test. l. 35. & seq. aut Presbyteros. l. 50. C. de Episc. & Cler. add. Surd. consil. 259. lib. 2. n. 10. Gratian. discept. for. jud. qu. 264. n. 14. & 16. Ita possessiones beneficiorum spectant ad filium, neque in iis pater habet usum-fructum, sed habentur loco peculii castrensis vel quasi. Roland. consil. 90. lib. 2. & consil. 4. n. 7. lib. 3. Coras. in li. frater a fratre. n. 103. C. de condit. ind. Parif. qui de commun. n. 157. lib. 4. Capic. Dec. 56. n. 4. & Dec. 73. n. 10. Quid de peculio colonorum habendum? v. Gothofr. in C. Theod. Tom. 1. p. 460. Utique donata a Principe eo pertinent, quia Princeps non presumitur donare, nisi de Rep. arte vel Matre bene meritis. Ergo erunt aut castrensis, aut minimum quasi castrensis bona. l. cum multa. 7. C. de bon. quæ liber. Hillig. in Donell. lib. 9. c. 5; lit. P. Forster. lib. 7. c. 27. n. 7. Limitationes habet Brunnem. ad d. l. 7. An & donata scholari in sacris constituto? l. 34. C. de Episc. & Cler. Jason. in l. licet filia ad med. n. 7. C. de collat. & an prima tonsura hic sufficiat, late disquirit Caldas. de Restit. in integr. verb. laesis. n. 104. A scholaribus & studiosis acquisita quod habeantur jure peculii quasi castrensis, nonnulli asserunt arg. l. 1. C. de caſt. pec. ubi: eunti in militiam. vid. tamen Enenkel. de priv. parent. priv. 20. n. 38. Scholaris, inquit Imol. in l. in fin. n. 35. ff. solut. matrim. cum non sit Advocatus, nec alia persona in dignitate constituta aut officio publico, nec est in statu acquirendi de suo officio & exer-

exercendi munus publicum, non haber quasi castrense peculium. Et de veriori opinione testatur Barbos. *ibid.* p. 7. n. 39. ad med. ubi tamen concludit, quod licet libri emti per patrem filio eunt ad studium non transeant in peculium quasi castrense; confabuntur tamen donati speciali favore studii. Garfi. *de expens.* c. 4. n. 107. Quando enim pater dedit rem filio, sed tamen causa subest favorabilis, ut hoc casu, tum donasse præsumitur. Bart. in l. 1. §. nec castrense. n. 8. ff. de collat. bon. Men. *conf. 16.* lib. 2. n. 17. Limitant Bart. d. l. Gilhaus. *art. jud. P. VII.* de præsumt. c. 16. n. 5. add. Kœppen. *Dec. q. 7.* n. 9. seq. Si in autem pater emit libros nomine filii, & illos eidem tradit existenti jam Doctori, efficiuntur ejus proprii, tanquam castrense peculium. l. 1. in 1. resp. C. de castr. pec. Bart. d. l. n. 2. imo etiam si tempore traditionis non erat Doctor, in vita tamen patris complevit studium, & insignia Doctoratus adeptus fuit ante mortem patris, tunc talis donatio irrevocabiliter confirmatur, quamprimum filius Doctor factus est, cum non referat an tempore traditionis, an post fuerit Doctor. Quam opinionem magis communem esse inquit Alexand. de Mol. in *conf. 142.* n. 25. V. 2. consil. quem sequitur Ripa in l. in quartam. n. 108. ad L. Falcid. Ita quoque & alii Dd. asserunt, Roland. in *conf. 12.* n. 16. seq. Tom. 2. Petr. de Ferrar. in *sua prax. in form. libell. pro hered.* n. 6. Gratian. d. superiorius loc. c. 231. n. 20. seqg.

§. 4. Cæterum filius sám. de peculio suo quasi castrensi invito quoque patre libere disponere potest, & qui- dem non tantum inter vivos, l. 7. §. f. ff. de donaz. cum illud etiam alias post mortem patris præcipuum retineat, l. 1. §. 15. ff. de collat. l. 34. C. de Episc. & Cler. sed & mortis causa & per testamentum, dd. text. Enenck, dict. privil. 10.

n. 2.

n. 2. Marta Neap. 3. dig. tit. pecul. n. 1. & 2. Justinianus enim tandem omnibus, qui quasi castrense peculium haberent, filiis fam. testandi jus dedit; in l. ult. C. de inoff. test. & l. ult. C. qui test. fac. poss. §. f. f. de test. mil. quod quibusdam tantum antea datum fuerat: de quibus accipienda est l. 3. §. 5. ff. de bon. possess. l. i. §. 6. ff. ad SCr. Trebell. vid. Jac. Gothofr. ad d. l. ult. C. Th. de postul. p. 144.

CAPUT IV.

De

Aliud peculii militaris affine exhibet.

§. I.

Ulterius habet aliquod peculium adventitium, quantum dispositionem inter vivos attinet, affinitatem cum peculio militari. Sed tamen adventitium pertinet ad filium qua talem jure communi; militare vero ad ipsum ceu patrem fam. jure singulari. Paris. conf. 157. n. 37. lib. 4. Menoch. de recip. possess. remed. 9. n. 7. Itaque nec sub quasi castrensi illud extraordinarium continetur, Illustr. Dn. Praeses in Analett. ad §. i. f. per quas person. nob. acq. & quod donatum est filios fam. non ob castrum, ut si mater filium heredem instituens expresse non dixerit ad peculium castrense hereditatem pertinere debere, illud adventitii esse censemur, tanquam proventus ex affectione communi & naturali, Idem ad r. ff. de cast. pec. ib. 43. & si jure fideicommissi vel Majoratus quid donatum fuerit, ut devenerat ad successores, immune est ab usufructu patris. Suarez in

in qu. an in bon. major. pater bab. usumf. n. 18. cum seqq.
 Mendez. in l. cum oportet. in 3. exempl. n. 188. C. de bon.
 qua liber. ubi. quod hujusmodi privilegium daret in quolibet
 possessore. qui dicitur talem rem habere a Principe. l. 67.
 §. 1. ff. de leg. 2. l. 41. §. 1. ff. de Vulg. & pupill. subft. add.
 Gratian. d. rr. qu. 993. n. 13. seqq. Hinc etiam possunt ea,
 quae extraordinarii adventitii sunt confiscari, ut est commu-
 nis opinio, quantum ad patrem attinet. Gigas. in tratt. de
 crim. laſ. Majest. tit. de pœn. committ. crim. laſ. Maj. q. n.
 in fin. Mascard. de probat. V. 3. concl. 1164. n. 17. seq. Paris.
 d. conf. 157. per tot. Dissent. Guazzin. de confiscat. honor.
 concl. 13. limit. 28. n. 3.

§. 2. Cæterum patri ususfructus competit nomine
 ordinarii, & tunc horum bonorum ad liberos spectantium
 legitimus est administrator. H. Pistor. l. 4. qu. u. n. 1. §. 2. Quod ta-
 men fallit in bonis, in quibus ususfructum non habet. Id. n. 3.
 Mæv. P. VII. D. 356. n. 8. Quamvis enim pater sit legitimus
 administrator, si velit, licet non habeat ususfructum, ta-
 men intelligitur, quando proprio motu recusat ususfruc-
 tum, & sic ubi non est suspectus testatori vel legi, & ita
 procedit l. f. §. 1. C. de bon. qua liber. ut per Dd. in aut.
 excipitur. C. eod. constat: quo casu ad rationes tenetur pa-
 ter. H. Pistor. d. l. n. 12. & ne quidem commoditatem pe-
 culii habet. n. 5. & 6. Neque enim ei semper ususfructus
 in peculio adventitio competit, uti hanc in rem varios ca-
 sus collegit Trentacinq. d. l. ref. 5. E contrario, quoties fi-
 lius sibi ipſi prospicere potest, toties pater ipsum alere non
 tenetur. Natt. consil. 48. n. 8. Secundum antiquissimam
 etiam Gallias consuetudinem patribus filii plane non acqui-
 rebant. v. adducti H. Pistor. obf. 205. n. 5.

§. 3. De peculio autem profectu, ita appellato,
 E quod

quod ex re patris proficiscatur, §. 1. *J. per quas perf.* Molin. de *J. & J.* t. 1. tr. 2. D. 233. nulla palne filio competit dispositio, sed illud totum dependet a voluntate patris, *arg. l. 4. pr. §. 2. l. 8. ff. de pecul.* adeo, ut quicquid filius ex re patris acquirit, nec momento in ejus persona subsistat, sed confessim bonis paternis accedere censeatur. *l. 7. ff. de acq. vel amitt. ber.* Unde qualitercumque filius negotiatur ex substantia patris, illud hodie remanet prosectorium, quamvis nomine suo negotiatur, prout erat de jure antiquo, quia hoc nullibi corrigitur. §. 4. *J. per quas perf.* Molin. D. 234. *Dn. Tab. de P. P. c. 3. ib. 4. Franzk. 2. var. ref. 27. Socin. lib. 1. conf. 92. col. penult. n. 18. add. lib. 4. conf. 61. col. 1. n. 5.* Secus, si ex sua quid acquirat, quod praesumitur, quando filius feofini habitat a patre & negotiatur. Bald. in *l. cum oportet. 12. C. de bon. que liber.* Quid tandem si pater liberam peculii administrationem filio concescit? Illo casti novandi, *l. ult. ff. de novat. delegandi. l. 48. §. ult. ff. de pec.* in dotem dandi, *l. 24. ff. de jur. dor.* non item donandi, *l. 7. ff. de donat. jus habebit.*

PARS SECUNDA SEU POSTERIOR MEMBR. I. *De Jure ipso,* CAPUT I.

In Peculio castrensi acquirendo.

§. I.

Exposita natura peculii militaris ejusque a reliquis differentiā, sequitur ut qua ratione acquiratur & administretur,

tur, & sic jus ipsum expendamus; indeque tum consentanea, tum dissentanea exhibenda; porro etiam illa, quae ad Judicium super juribus illis peculii militaris pertinent, tractanda sunt. Acquisitionem & positive tradimus & remotive: Ibi, sicuti res expeditoria, quarum supra mentionem fecimus, dicuntur, quae filiofamilias in bellum eundantur, & quibus in bello uituntur, atque ita nihilominus res expeditoria non unice peculium castrense conficiunt. Ita præprimis quod secum in castra fert filius patre concedente peculii castrensis est, l. 4 p. ff. de cast. pec. a quoq. ei detur, quod tunc filius possit acquirere quoad proprietatem & usumfructum, prout declarat Mantic. de zac. Et ambig. lib. 13. tit. 18. n. 7. ex Rosa coram R. P. D. Cotta, Capentari, bon. 19. Apr. 1577. adeo, ut & donatio, quæ alias inter parentes & liberos, quos in potestate habent, non consistit, l. 2. l. 3. ff. de Donar. inter patrem & filium militie causa valet, l. 31. Et 4. ff. de cast. pec. & in dubio quod ipsi datur, censeatur ratione peculii castrensis datum esse. Menoch. lib. 3. pref. 68. Dn. Lauterbach. ad tit. de pec. lib. 4. add. Dn. Brunnen. ad l. 11. C. de cast. pec. n. 2. Nec tamen si prædium pater tradat filio, dominium ejus ipsi contulisse putatur, teste Jason. per text. ibi in l. 5 donatione. C. de Collar. unde nec vivo patre nec eo mortuo illud usucapere potest. Hart. Pistor. obs. 37. n. 3. seqq. Quin & Princeps illi peculium constituit, dum ei solyi curat mercedem pro locatis in bello operis debitam; Mej. C. A. b. lib. 2. in fin. imo & uxori, quæ marito ad castra tendenti quid donat, l. 6. ff. de cast. pec. si modo sita non sit donatio ad eludendas Leges castrorum causa disponentes: Veritatem enim spectamus, inquit Ulpianus, an vera castrensis notitia vel affectio fuit, non quod quis fixit, l. 8. eod. tit.

§. 2. Maxime vero arma secum fert miles in militiam. Sic apud Romanos ituris in bellum arma subministrari solebant ex armamentario: Cic. pro Robir. quod & apud Hebræos Usiam Regem secessè constat ex 2. Cbron. 26.14. Horum nomine quid veniat, facile intelligitur ex 1.3. §. 2. ff. de vi & vi arm. l. 41. l. 232. §. telum. ff. de V. S. §. 6. f. de interd. l. 9. l. m. §. 1. ff. ad L. Jul. de vi publ. l. 14. §. 1. ff. de re mil. add. Dn. Tabor. in Armament. Grot. de f. B. & P. lib. 2. c. 16. §. 5. Gedd. ad l. 41. ff. de V. S. Schleif. ad Laudens. de bell. q. 6. n. 6. Valtrin. de re milit. lib. 3. c. 12. Panciroll. rer. memorab. p. 1. tit. 24. ibique Salmuth. in comment. Sunt autem hæc militi adeo propria, ut nec possit minio ad militem revertantur, quod semel turpiter amissa sint. l. 2. §. 2. de captiv. & postrem. & inde miles apud Petronium jussit paganum arma ponere & malo cavere. In specie bombarda nomine armorum venit & similia. H. Pistor. obs. 89. n. 2. & 3. nec oportet illa militi indigna esse, si v. g. venenatis uti velit armis. Dn. Tabor. in armam. Just. c. 5. th. 5. in fin. idque Juri Gentium non universalis, sed Gentium Europæarum repugnare tradit. Burger. 1. obs. 29. in f.

§. 3. Deinde & vestis est peculi castrensis; quæ præter arma olim dabatur militibus, unde tit. C. de milit. veste. non tamen hæc gratuita sicut, sed certum ejus premium de stipendio a quæstore deducebatur. Catus quidem Gracchus omnium primus de vestibus publice militibus dandis sine stipendiiorum diminutione Legem tulit. Plutarch. in vita illius. Verum postea aucto stipendio in desuetudinem venisse videtur haec Gracchi rogatio, Stewech. Comment. ad Veget. l. 2. c. 19. Henr. Savilis. de milit. Rom. p. 44. cum milites gravem & instructuosam militiam con queran,

querantur apud Tacit. Ann. l. i. c. 12. v. Ceter. de jur. & priv. mil. lib. i. c. 33. Voët. de jur. mil. c. 2. n. 14. videri etiam potest Polyb. lib. 5. dial. 16. in fin. ibique Lipsius lat. 317. Amittere autem arma sicut flagitium est militi, sic & si vestem de publico datam amisit. Grot. l. 3. c. 9. §. 14. n. 2. ideoque nec possimmo recipitur. l. 3. ff. de capr. De calceis militum vid. Covarruv. l. 4. var. resol. c. 3.

§. 4. Sive autem quid praeterea ipse acquisiverit in castris, vel alias ex militare peculio, sive per servum acquiesierit, perinde est. Etenim si servus peculiaris vel ab extraneo, vel etiam ipso patre quid stipuletur, aut per traditionem accipiat, sine distinctione causarum res ad filium pertinebit. l. 15. §. 3. l. pen. §. 1. ff. de cast. pec. Sic in castris si jam degat, non distinguimus amplius, an res mobiles sint an immobiles & praedia, cum & immobilia possint esse in peculio castrensi. l. 4. in f. C. fam. berc. l. 1. vers. in quibus. C. de Cast. pec. Nam & domum, ut in eo censeatur, miles emere potest. Perez. ad C. qui mil. poss. n. ii. Mornac. ad l. ult. C. de Locat. vel etiam praedia; quippe quod ex militari pecunia emitum sit militare. Imo hereditas integra eo nomine acquiritur, velut a commititone, & tum citra jussum patris suo arbitrio se pro herede gerere potest, l. 5. l. 16. §. 1. ff. de cast. pec. l. fin. in p. C. de jur. delib. nec non ab uxore. l. 3. ff. eod. Notandum autem secundum Cujac. in d. l. 16. in Papinian. a dictis Legibus hanc hereditatem in peculio militis sine ulla distinctione recenseri, quia L. Jul. Papia, quae obtinuit ante Theodosium non potuit hereditas uxoris testamento relinquiri propter affectionem conjugalem, & ne militiae quidem causa ante tempora D. Adriani, qui favore militiae primus hunc casum exceptit. Num & hereditas, quae ante militiam ei data est, horum

numero censeatur? vid. Perez. in *C. de cast. pec. n. 4.* De feudo etiam queritur, an peculii castrensis sit? Et quidem ad peculium castrense vel quasi ob servitja quae secundum regularem feudi naturam praestat Vasallus, referendum videtur, B. Struv. *Synt. jur. feud. c. 5. apb. 15. n. 4.* & Illustr. Dn. Praef. in *Anal. ibid.* unde, quod obiter not., nec patri in feudo, quod filio acquiritur, ususfructus debetur, quia praeterea Dominus persone industria elegit, quae non subesse debet alterius arbitrio; imo feuda censentur haec tenus jure publico, ubi nil valer patria potestas. *Non enim hac sola ratio est*, inquit, Wiesenbach. *Disp. 16. tb. 7.* quare ex feudo filii non acquiratur ususfructus patri, quod feudum censeatur jure peculii Castrensis, sed sunt rationes aliae fortiter privigentes de quibus vid. Vultej. lib. I. *Feud. c. 4. n. 6.* Bronch. 2. *miscell. 83.* Dissent. Sonsbec. *de Feud.* p. 7. n. 8. seqq. Bachov. in *not. ad Treut. V. 1.* *Disp. 16. tb. 12. lit. A.* Distinguunt Fachin. 7. *Controv. 77.* In ipso etiam peculio castrensi feudum constitui potest arg. *I. 15. §. 1. de cast. pec. I. 2. ad SCt. Maced. I. 6. p. C. de bon. quae lib. Nov. 123. c. 19.* Vultej. d. I. c. 3. n. 3. B. Struv. d. c. 5. ap. 5. n. 2. An & milites sacri ad feudum admittantur? inquirit Rosenthal. *Synops. 2. F. c. 7. concl. 30. n. 9. seqg.* Denique actiones in peculio castrensi contineri extra dubium est. *I. 7. §. 4. & s. ff. de pecul. Dn. Tabor. de Donat.* tb. 21.

§. 5. Hodie si non aliud, saltim stipendium & praeda in peculio militis habentur. Et praeda quidem etiam in militia Romana propriam peculii illius speciem conficiebar, in stipendiis secus fuerat; metata enim & amnona ad suffentationem cuiusque militis tum temporis magis referebantur. Nunc itaque stipendia militibus debentur & vix quisquam absque stipendio militar: eum enim qui

pro

40

pro Republicæ pace ac Civium salute excubias agit, e publi-
co quoque nutriti oportet. l. 31. C. locari. l. 15. C. de re milit.
add. Reyger. thes. iuris verb. milles. in addit. n. 4. ubi fac-
tum Italorum refert proverbium. Appellatum est stipen-
dium a stipe: Varro de ling. latin. lib. 4. quod per fibes, i. e.
modica æra colligatur, l. 27. §. 1. ff. de V. S. illudque Voët.
ait esse salarium, quod militibus erogari solet in laberis &
periculorum remunerationem, de jur. mil. c. 2. §. 13. sive æs
militare, quod in mercedem militum conferebatur. Quo
sensu differt a tributo, ut species a genere, unde stipendiu-
m etiam tributum appellari docet Pomponius d. l. 27. de
V. S. Primi quidem Republicæ Romanæ temporibus, ante-
quam scilicet Galli Romam occupaverant, Cives privatis
suis impensis ex instituto Servi Tullii militabant; Liv. lib. 4.
c. 59. tractu tamen temporis vilia quædam ob magnam ve-
terum pauperatem stipendia iis pendebantur. v. Polyb.
lib. 6. Voët. d. l. in med. add. omnino Dissertationem inter-
tot ac tanta Juris specimina haud postremam Dn. Petr.
Müller. de stipend. milit. Constat enim donativa sicut so-
lum fuisse stipendia, tum in principio militiae pro intuitu
(Antritt) in media militia, l. 6. ff. de bon. damn. & in fine
militie l. 2. C. de his, qui non implied. stipend. l. 2. C. de re
mil. lib. 12. l. 3. §. 8. & 12. ff. eod. Hodie numerari stipendia
& quidem menstrua (computatur autem & definitur men-
sis triginta diebus) statim debent post illustrationem. R. B.
zu Speyer. art. 6. & 7. Maxime enim necesse est, ut illa
solito & ordinario tempore distribuantur, & non omnino
forte a Ducibus retineantur, ne rapiendi militibus occasio
quasi subministretur, aut saltem ob defectum annonæ &
alimentorum mortis aliisque virtus corripiantur. Cui qui-
dem optime anteveruit Rex Sueciae in ord. milit. art. 22.
nec

nec non Potentissimus Elector Brandenburgicus *in ord.*
jur. mil. art. 82. qui pediti in singulos menses persolvit
 2. Thalr. 20. Gr. worvon aber dieselbe auch mit Klei-
 dung und Untergewehr versehen werden. Plura vid. in
 der Interims Ordnung wornach Se. Churfürstl.
 Durchl. zu Brandenburg Dero Soldatesque zu Ross
 und Fuß in Dero Landen verpflegen. Partem stipen-
 dii quandoque etiam militibus ablatam legimus, sicut Ale-
 xander militibus sex dierum, Cleomenes unius mensis, si-
 pendium quotannis subtraxit. Arist. 2. aron. i. Cellar. comp.
 polir. c. 15. tb. 47. non nunquam & pro personarum quali-
 tate augebatur. v. Dillich. P. i. lib. 2. rei mil. Frumenti
 quoque modum loco stipendii aliquando accepisse mili-
 tes, probant Sallust. in Jugurth. Polvb. lib. 5. Tacit. 15. An-
 nol. Item legumina, panem, acetum, carnes, vinum &c.
 Plutarch. in Craffe. quod tamen modice præbitum, ut ap-
 paret ex l. 10. C. de erogat. milit. annos. Dux stipendum
 militiae promittens quomodo teneatur? v. Burger. 4. obs. 17.
 & de ægrotantium stipendio, R. B. arr. 33. § 34. conf.
 l. penult. ff. de re mil. l. C. eod. Captivorum, Laudens.
 er. de milite. quest. 4. Chassan. Consuet. Burgund. rubr. 1.
 § 4. Col. 4. n. 2. & ex captivitate reversorum, Ferd. III.
 Kriegs Recht am 68. Artic. Voët. de jur. mil. c. 4. n. 62.
 seg. Surd. de alim. tit. 5. q. 76. n. 5. Laudens. d. l. q. 49.
 Tulden. in C. Loc. cond. n. 9. Desertorum & per gratiam
 Principis restitutorum, Christin. V. 5. Decis. 143. n. 12. Misso-
 rum so beurlaubet gewesen. Cœter. de jur. & privil.
 mil. lib. 1. c. 38. Liv. lib. 31. Appian. lib. 1. Mortuorum
 Cœter. d. l. c. 32. Burger. 1. obs. 78. Marquard. de jur. mer-
 cat. l. 3. c. 6. n. 93. & quomodo ad heredes stipendia mi-
 litum perveniant, Reyger. d. tr. verb. miles. De eo etiam,

so von der Compagnie weggelaufen, und vorschücht,
er habe seinen Sold nicht empfangen, num capitali
plectendas sit pena? Conf. Gerth. Felman, *militari Resp. IV.*
Dn. Muller. in d. *Dissert. c. 4. tb. ult.*

§. 6. Ad stipendia referri quodammodo possunt
metata sive hospitia, que cives & Provinciales militibus
ad bellum proficisciensibus & ex procinctu redeuntibus
præstare debebant. I. 2. l. 7. C. de metat. & epidem. nostris
militibus etiam dantur hospitia, Einquartirungen, que
ramen pro loci ac temporum circumstantia variant. *Corp.
Jun. mil. p. 730. §. 3.* Contentos autem esse illos opotest
hospitiis assignatis, si personarum iusta sit habita ratio. *Räu-
ser Maximil. Ar. Br. art. 32.* es soll ein ieder, wie er
vom Quartiermeister logirt wird, desselben Orts sich
begnügen lassen scilicet. Sic in jur. Hollandico, art. 57. sanc-
tum reperimus: ebenermassen (præcedit autem pena ca-
pitulis, die Lebensstraff). soll gestrafft werden, welcher
sich mit dem Quartier oder Rosament, welches ihm
der Quartiermeister oder Juror verordnet hat, nicht
begnügen lässt, oder in eines andern Quartier sich eins-
dringen will. Itaque si querant quid ulterius, potest illis
de facto resisti. Natta. *Consil. 83. n. 6. & 11.*

§. 7. Adjunctum militis etiam est commeatus, qui
præcipue comparandus, ne dum milites in nastris sunt, ege-
ant. Hinc commeatus aliaeque in usum exercitus compara-
te res ab omni vestigialis jure immunes sunt, per l. 4. §. 1.
l. 9. §. 7. ff. de public. l. 3. C. de Verdig. Duo autem com-
meatus vocabulum præprimis indigitare videtur, vel enim
sumitur pro licentia abeundi, que hodie ein richtiger
Päss-Zettel mit einen contrasegno (h. e. ein Merkez-
chen von der reisenden Leibern ausdrücklich andeutet.)

so beg der Zurückfunß wieder von sich zu liefern se. vel etiam pro cibariis apud bonos Autores accipitur, cum miles in partem stipendiū alimenta ex commatu i. e. publico recipit, Lipl. de milit. Rom. lib. 5. p. 287. seqq. Haꝝ sp̄c̄iariaꝝ pr̄estationes annonariaꝝ & expeditionales non adærandæ sunt, nec pecunia pro annonā debet accipi, daß man das Commis, so im Feld in Natur zu liefern assignirt wird, in Geld zubezahlen nicht schuldig ist, prob. lib. 6. C. de erog. mil. annon. & Burg. 1. obs. 72. Nostri enim milites si ad bellum proficiuntur & per tempus adhuc in territorio seu limitibus Principis vel Domini commorantur, haben sie gemeinlīch frey Quartier in essen und trinken. Dn. Muller. d. Dīffert. c. 3. §. 3. An vero, si alimenta non accipient, ideo militie exiguntur? inquirit Burger. cent. 4. sing. obf. 64. Sin ipsi debitam sibi annonām justo tempore accipere nollent, illa fisco applicatur, d. l. C. de erog. mil. anni. Franc. Lucan. P. 2. de Fisco. n. 15. adeo, ut lapsō tempore non possint dictam annonām petere, l. 7. eod. & sufficiat sola oblatio tempore debito facta, ut Princeps liberetur a tali pr̄estatione annonae. Jason. in l. quod te. Col. 8. si cert. per. Chassan. in Confuer. Burgund. gloss. r. rubr. 2. n. 21.

lup. §. 8. Quanquam vero gloria & honos militum apud Romanos maximi reputaretur, cum illis in more possumus esse, non solum exercituum Duces summis condecorare honoribus, re namque prospere gesta ipsis trophya erigeantur, stipites, quibus hostium affixa spolia: de quib. Phil. Beroald. in Comment. ad Suet. in Cæs. c. 11. sed minorum etiam militum fortitudinem luculentis exornare laudem præconiis; quos & publicis impensis sepeliebant ereatis quandoque statuis, lapidibus sepulchralibus aut vexillis affixis,

affixis. vid. Alex. ab Alexand. gen. dier. lib. 3. c. 18. Liv. lib. 31. c. 34. Panciroll. rer. memor. lib. 1. c. 55. ibiquè Salmuth. Tamen & præmiis illos sæpe affectos suisse compertum est; quorum aliqua non minus in partem peculii cedere poterant. Verum enim vero præmia generosis animis & fangiue ac sudore! Rempublicam strenuisbus erogari necessary est, neque eriam vel domum vel Rempublicamflare posse, Cic. pronunciauit lib. 3. de nat. Deor. si in ea non aliqua recte factis exstante præmia; quippe stimulos, calcaria ac faces ad virtutem addunt, adeo, ut ad rem strenue gerendam etiam ipsi suscitentur ignavi, ubi condigna præmiorum remuneratione cernant commilitonum ornari fortitudinem. Præcipuum autem horum tam Præfectis quam militibus commune est ipsa virtus & recti conscientia his, qui e prælio sunt superflites; At si configentes in acie ceciderint, non postremum est, quod pro vivis tamen habeantur atque in perpetuum per gloriam vivere intelligantur. p. J. d. excus. tut. Unde Cicero fortunataam mortem deprædicat, que naturæ debita pro patria potissimum sit reddita. Philipp. 14. add. Voët. de jur. mil. c. 5. §. 2. qui ex Justin. lib. 28. c. 4. stylo admodum comto demonstrat, Lacænos etiam, Lacedæmonios, Cimbros, Celtiberos, aliasque Gentes quamplurimas, summam concepisse animo laetiam, si filii ipsorum, mariti, cognati aut quicunque amici adversus in prælio cecidissent vulneribus: si autem morbo affecti decederent, in squalore & luctu erant. Valer. Max. lib. 2. c. 1. Alex. ab Alexand. Gen. dier. l. 3. c. 7. Quandisque & ante pugnam vel officium præmia bēne merentibus promittebantur, qua ratione quæri solet: Quid, si promissum esset præmium ei, qui primus venerit, sed duo simul veniant? Tractat hanc quæstionem Grot. l. 2. c. 16.

§. 19. & tandem concludit, quod utrique pars præmii debeat, arg. I. 17. §. 1. ff. de leg. n. tum quod summus sit præmiorum fayor, tum quod ipsum primi vocabulum id admittat, quod aut illum denotat, qui omnes antecedit, aut quem nemo. I. 92. ff. de V. S. Conf. Murrbes. Mosaic. Dn. Reyer. tir. XXV. de Primigenitis. §. 19. 20. Alii incertitudinem tespiciunt, & ideo neutri attribuunt, ex I. 10. p. ff. de reb. dub. aut sorte item dirimendam putant per I. 5. ff. fam. herc. aut etiam integrum præmium utrique tribuendum, I. 3. §. 7. ff. de adimend. vel transf. leg. quod quidem Scipionem Africanum, Cæsarem & Julianum fecisse refert Grot. d. I. Hinc Gothof. ad d. I. 10. paucis rem dedi posse arbitratur, quod stricto jure neutri, ex æquitate utrique præstandum sit, præsertim si præmium facile dividi possit.

§. 9. Plerumque tamen magis aestimant milites prædam, qua res familiaris eorum augetur, quam gloriam & dignitatem. Ex hostico enim inquit Voët citato superiori loco §. 5. Spolia referri solita & sperata præda principales sere cause sunt, quæ minores ad militiam ac virtutem milites stimulant, honorem ille, tanquam inane nomen contemnunt. &c. Et præda quidem omni tempore ad peculium castrense pertinuit, Bocer. de bell. c. 16. n. 17. Paul. Voët. ad §. 1. J. per quas person. summoque jure introducta est. Hostium enim res in bello captæ Jure Gentium secundario statim capientium sunt, §. 17. J. de R. D. I. 5. §. 5. ff. de A. R. D. quod in æquitate ac naturali ratione fundatum est, cum convenies sit & secundum naturam, commoda hujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. I. 10. ff. de R. J. Cum itaque res occupans hostiles grande subeat vitae periculum, & inediā, vigilie, aerisque ferat incom-

incommoda, justum est, ut & eo, quod labore suo pravit, commodo fruatur. Hodieris moribus distinguendum erit inter res hostium mobiles & immobiles. Hæ iu victoris Reipublicæ dominium jure belli diversimode, in quantum scilicet in Reipublice fuerint dominio, aut ad singulos pertinuerint cives, transiunt. Manz. ad §. 17. *J. de P. D. n. 17.*
 In mobilibus observandum, quod inter Principes Christianos homines non sicut capientium possesio animata, sed omni servitutis antiquato more domum remittendi sint, persoluto redemtionis pretio, seu custodiantur interim & quasi pignoris nexus derineantur donec liberentur. Philipp. in usu praet. Eccl. 37. n. 2. Ajala de jur. & offic. bell. lib. i. c. 5. n. 19. & hoc lytrum in militibus sere mensurum est stipendium. J. M. Danic art. 124. ibi: Ein Monat Be-
 soldung, oder so kein Quartier bewilligt, eine billige Berehrung. add. Boer. Dec. Burdegall. 178. n 3. & 4. Be-
 fold. thes. praet. voc. Rangion. Sed si Christiani cum Bar-
 baris gentibus v. g. Turcis bella gerant, pristinus adhuc est
 servitus usus. R. J. de A. 1526. R. J. zu Speyer de A. 1542.
 §. so aber. 2. & §. und wiewohl nun. II. ibi: und in thy-
 rannische viehische Dinstbarkeit führen lassen müssen.
 R. U. zu Augsprug. de A. 1566. §. wiewohl sich. 63. Quod
 reliqua attinet mobilia, Grod. n. 12. rursus distinguit an illæ
 ad mandatum Ducis an extra ministerium publicum capta
 sint: priori casu omne quod captum, Reipublicæ cedere,
 posteriori vero dominii jure res fieri arbitratur eorum, qui
 sponte & proprio animi motu penes Decanum vel alium
 ejusmodi expeditioni prepositum nomen suum profitentur
 & hostibus nocendi desiderium, cum quo etiam facit Voet.
 d. l. p. m. 280. Graevvveg. ad §. 17. *J. de rer. divis.* Quæ
 assertio commentatori ejus Dr. Henninges. per quam su-

Et si ruina videtur. Dn. Reyh. d. *dissert. de milit. c. 5.*
 1b. 9. Contrariam tamen veriorem esse judica. Finckel-
 thus. *obs. 56. n. 21. per trad. Forster. de domin. c. 9. n. 167.*
 Schneidev. *ad §. itemia; quæ. J. de R. D. Bachov. add. §. J.*
 Ungepaur. *Exerc. Justin. s. q. 5.* In genere ad quos perti-
 neant in bello capta, tradit Vacon. a Vacun. *novar. declar.*
jur. civ. lib. Decl. 35. per rot. Ubi. n. 2. acceptionem spo-
 liorum apud Veteres latius exponit. Hec igitur five mo-
 bilia sint, five immobilia, si ab hostibus capiantur, neutri-
 quam rerum furtivarum numero habenda sunt, nec ab ul-
 lo tanquam furtivæ aut vi raptæ res repeti possunt, quippe
 quod omnia liceant in hostem resque ejus, etiam hodie.
 Gerth. Feltmann. *Resp. milit. 6. n. 14. seq.* sicut etiam in Jure
 Lubencensi *lib. 4. t. 1. art. 10.* haec continentur verba: Wenn
 einer in öffnen Kriege unter eines Herrn Fählein
 etwas gewinnet, und solch Guth von einen vor geraus-
 bet, oder gestohlen Guth angesprochen wird, so ist der
 Kriegs-Mann, wann er solches mit etlichen seiner
 Spieß-Gefellen beweisen kan, näher dabei zu bleiben,
 dann derjenige, der die Ansprach gethan. Dominum
 enim rei amittitur, quam hostis abstulit. Mæv. *ad d.*
art. 10. n. 5. Quod non erit extendendum ad milites no-
 strarum partium, qui nobis vel amicis quid afferunt, von
 unsern Soldaten oder denen, so Freunde und neutrale
 beraubet, vel etiam ex hoste nec tempore nec ordine
 concessa prædam petunt. N. B. *art. 85.* J. B. *art. 20.*
 & 21. Feltmann. *d. 1. n. 16.* Frantz. 2. *resol. variar. 9. n. 3.*
 & seq. Finckelthus. *obs. 56. n. 6.* Carpz. P. 4. *Jurispr. for.*
c. 35. D. 8. n. 12. & seq. & D. 10. n. 5. Richt. P. 3. Dec. 190.
n. 129. seqq. Nec etiam quod captivus clam secum habet
 præda loco acquisitum erit, quia nec possessum nec specia-
 liter

liter (cum tamen hodie universalis illa, quæ olim obtinebat, captivorum acquisitio cesseret) apprehensum dici potest, sicut Paulus I^oCtus contra Brunum & Manlium respondit, lite de thesauro mota. l. 3. §. 3. ff. de acquir. vel amitt. posse. De cetero summi Principes hodie non adeo curiose inquirunt in ea, quæ Duxes eorum præda nomine ceperunt, nisi quod nonnulla occultationem nequaquam patiantur, e. g. tormenta majora & hujus generis alia. In Legibus militiæ Suedicæ diligenter præcipitur de præda ab art. 83. usque ad 90. Adhuc subtilius in Legibus militaribus Danicis tit. von der Beute. ab art. 124. usque 129. Est enim præda multis controversis & certaminibus obnoxia, atque interdum summe necessarium, ut militiæ causa a præda abstrahantur milites, quia sæpe obstitit vincentibus instans inter ipsos certamen omisso hoste spolia consecrandi; Tacit. 4. bīf. 78. dum omissis telis prædramanuſ impediunt. Idem. 5. bīf. 17.

Q. 10. Non modo res hostium, sed & ipsos capi supra diximus. Singularem tamen ob rationem id prohibetur in infantibus seu pueris 12. annis minoribus; inermes sc. & imbecilles illi sunt, neminiisque damnum inferre possunt, hinc in ordinatione Equeſtri art. 70. Käyser Ferd. III. Art. Br. art. 60. ibi: auch keine unmündige Kinder. Käyser Maximil. Art. Br. art. 14. Fürstl. Württenb. Articuls Br. art. n. non solum prohibetur eorum læſio, sed & injungitur defensio, sondern derselben sich enthalten auch ſchützen und ſchirmen, bey Leibesstraff. 2c. Sed nunc magis de lytro quæſtio est, cuius affirmatio secundum Juris Gentium extentionem est in arbitrio victoris, Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 7. n. 1. argumento eorum, quæ in Jure nostro dicuntur de debitore, qui ad evitan-

dos

dos carceres bonis cedere tenetur. *l. 6. ff. de ceſſ. bon.*
 Mæv. shear. conc. credit. *c. 3. th. 5.* Facere hoc videnter
 verba art. 95. *N.* *B.* mag. ein ieder dieselben schätzen und
 Kriegs- Gebrauch nach darmit handeln. Redemus au-
 tem paterna pecunia ab hostibus, in collationem aliquan-
 do apud suos illam deducere non cogitur. *l. 17. C. de poſt-*
lim. rev. Bart. in l. Stichus. Bald. in l. omnimodo §. impu-
zar. C. de inoff. teſt. Atque ita in Dicasterio Lipsiensi judi-
 catum refert Burg. *l. obſ. 40.* Quibus captivi apud nos ac-
 quirantur, docent Käſer Maxim II. *Nr. B. 62. art. Ferd. III.*
Nr. B. 67. Jus militare Damicum, *art. 124.* Suecicum,
art. 88. Brandenb. *art. 70.* Holland. *art. 66.* addi etiam
 potest Articulz Brief der Reichs- Völcker, wie selbi-
 ger den 6. Nov. 1672. auf den Reichs- Tag zu Regens-
 burg verglichen worden, *art. 24.* ibi: Alle vom Feind
 gefangen sollen der Generalität zu fernerer Verordnung
 in dero General- Stock Häus geliefert werden. Aliqua-
 ndo etiam Imperator ad incurandos militum animos, quo
 pertinacius irruerent, vel deterrendos hostes, urbis expu-
 gnandæ permitit direptionem, quod per se illicitum non
 est, quamvis per accidens id nefas fieri possit proper cæ-
 des & cruciatur innocentium, & similia. Itaque Burger.
2. obſerv. 70. monet, Ducem, quando civitas Christiano-
 rum in prædam traditur, teneri omnino prohibe-
 re ejusmodi sæva & injusta, & quantum commode pote-
 rit ea impeditre. Sed queritur, an res private in ædibus
 sacræ captae siant capientium? Et certe, quoniam adversus
 talēm, qui rem privatam in æde sacra depositam surripuit,
 non actio sacrilegii sed furti datur, *l. 5. ff. ad L. Jul. pecula-*
tus. ideoque hanc rem prædæ cedere dicendum esse vide-
 tur, res namque sacris ædibus commendata certe sacra dici
 non

non potest, quæ in nullius bonis est. Cum itaque sit res privati & in alicujus bonis, eam præde loco habendam existimat Ajala lib. i. c. 5. n. 15. de jur. & offr. bell. motus l. 5. & l. 51. §. 1. ff. de A. R. D. ut enimores in præda sit, & capientium fiat, sufficit eam hostilem esse. De Chirographis inter prædam repensis, fuse tractat Burg. i. vols. 26. Illud denique prætermittendum non est, partem lytri & prædæ hodie etiam obvenire illi cujus auspiciis aut ductu excursio facta, hocque usu servari & colligi posse arg. art. 61. 62. 63. & 64. jur. mil. Belg. junct. l. 28. ff. de captiv. & poftlim. revers. testatur Feltmann. Resp. ad rem. mil. q. n. 36.

§. ii. Ex prædictis satis constat non esse peculium castrense, quod non eo intuitu datur aut. acquiritur, v. c. si quid alio respectu donetur filio militi a matre vel cognato. Ita quod Pater reverso donat, castrensis peculii non facit. l. 15. ff. de cast. pec. Non & in peculio castrensi est dos, quæ marito filio datur: haec enim matrimonio cohæret & oneribus ejus, ac liberis communibus, qui sunt in avi familia, conferuntur. l. 16. §. 1. ff. eod. rit. fac. 1. q. in verb. eisdem caſtris. C. b. Nec, si immobilia, filius in bellum procedens acquirit. l. n. C. eod. Quin nec prædia ipse comparare debet in hostili solo, ne forsan magis vi, quam jure emtiones contractæ videantur, l. 9. p. ff. de re mil. & in fiscum redigetur acquisitum hoc pacto prædium. Quod si tamen a Provinciali quopiam heres scriptius fuerit miles, ibi prædia possidere non prohibetur: d. l. 9. §. 1. cum hereditatis delatae ratione quandoque nonnulla permittantur, quæ alias illicitæ forent, l. 1. §. 12. ff. ad L. Corn. de fals. eo quod ultimæ voluntates sunt favorabiles, & Reipublicæ intersit effectum sortiri supra mortentium elegia. Excipitur etiam, si prædia paterna militaria fiscus distrahat; ex æquissima ratione, ne

bona familia exirent; inde enim singularis affectio, quod res majorum fuerint. *I. 35. de minor. I. 22. in med. C. de administrat. tut.* Tardem, nec quilibet acquiescus militem decet, nec honesta etiam omnia ei suscipere licet, non ea sci-
licet quibus a militia arcetur, ut est administratio negotiorum vel similis occupatio, qua mediante quid acquirere valere. *Nov. nō. Matth. Stephanii ad eam, n. 1. ubi de voce Salgani.*

M E M B R . II.

Peculio militari administrando & quo- modo finiatur.

Acquisitione peculii castrensis perspecta, cum ad ipsam devenerimus administrationem, coronidis loco ponimus supra jam indigitatam illam admonitionem, quod filius familias pro patre familias in peculio hoc & circa id habeatur, quanquam talis revera non sit, & si servos, qui quoad potestatem dominicam ejus sunt, manumittat, ejusdem liberti afficiantur. Hinc si contingere, ut talis aliquis servus testamento tam filii quam patris acciperet libertatem, & utique pariter decederent, non esset dubitandum, servum omnino ex testamento filii liberum fieri. *I. 19. §. 3. ff. de cast. pec.* Ceterum possessionem ne quidem rerum castrensis filii potest pater sibi afferere, cum ad effectum acquirendi possessionem requiratur mandatum legis vel hominis, seu consensus ejus, cui acquiritur, Jason.

in

55

in l. 2. §. per procurat. v. de acquir. poff. quamvis alias possit acquirere actionem utillem filio in peculio castrensi vel quasi, Bart. in L. quod dicitur. n. 1. & 2. ff. de V. O. Mantie. de tac. & ambig. lib. 14. tit. 17. n. 4. & 6. imo possessio facilius acquiratur, quam ipsa actio & obligatio. l. 53. l. 20. in f. ff. de A. R. D. Tiraq. de jun. constit. lim. 30. n. 13. inf. Sic quod filius non habet a patre, hic et adimere nequit. l. 7. §. utr. ff. de Senat. l. 3. ff. de interd. & releg. Potest autem filius quoque vindicare singulari jure, (Regulariter enim ejus, quod sibi quisque comparasset licet aliena pecunia, dominus fit, & nummorum domino nulla competit ad rem emtam actio emtore invito, sed tantum ad pecuniam. l. 6. C. de R. V.) quod pecunia militari acquisivit. l. 8. C. de R. V. Simul etiam de castrensi peculio liberam disponendi habet licentiam & administrationem plenissimam, etiam non consentiente Patre; Platea ad l. 2. ff. de caſtr. pec. imo invito eo, vel actu inter vivos vel ultima voluntate illa, quæ ratione militiae accepit in alterum transferre potest libere. l. 2. C. de caſt. pec. l. 7. §. f. ff. de donar. l. 11. ff. de test. mil. pr. f. quib. non est permitt. fac. test.

§. 2. Sed tanem arma vendere legibus prohibetur, haec enim alienasse aut abjecisse, maximum flagitium erat Romanis, l. 2. §. 2. ff. de Captiv. l. 3. §. 13. l. 14. ff. de re mil. Lacedemonis, Plutarch. in Agest. Germanis. Tac. de mor. Germ. c. 2. aliisque populis quamplurimis. Id vero si contingat, armorum custodi, i. e. Capitain d' armes plerumque ea culpa impuratur. Dn. Tabor. in armam. Justin. Fit autem alienatio tum oppignorando tum ludendo. Papp. ad jus mil. Holland. p. 188. seq. Dämmenard. Kriegs R. art. 67. segg. Schweizerisch. Kriegs R. art. 62. An bona quoque fideicommissaria possint alienari militiae causa? vid.

apud Knipshildt. de fideic. fam. Illuftr. c. vii. n. 206. Certe militiam togatam; i. e. commoda illa, quæ inermem militiam exercentibus publice præstabuntur, in commercio fuisse, vendique emi & legari, aut alias relinqui potuisse, satis constat, quo & confirmant testatoris apud Scævolam verba l. 120. § ult. ff. de leg. 3. Et ita militiae nomen accipiendum est in l. 22. & 49. §. 1. ff. de 2. l. 18. §. 2. ff. de alim. leg. l. 30. C. de inoff. test. l. 7. ff. de Minor. l. 27. C. de pign. l. 6. §. 3. de adv. div. jud. l. 20. C. de collat. Et de hisce militiis intelligendum est, quod constitutum a Justiniano sive Nov. 53. c. 5. & Nov. 97. c. 4. Befold. tbes. præst. verb. Lands. Knecht. Burger. 1. obs. 40. Militias ex causa, Principis consensu vendi solitas, exponit Conan. Comment. jur. lib. 4. p. 430. § 40.

§. 3. Quid de hypotheca & oppignoratione castrorum? Valet hypotheca quoque in re, ad quam emendam pecuniam mutuavit miles, etiamsi sibi expresse de ea non prospexerit. l. 8. C. de R. V. Gl. in l. idemque. 7. ff. qui posterior. in pign. sub. fn. Neguz. de Pign. P. 2. membr. 4. n. 164 & P. 5. m. 2. n. 20. Berlich. P. 1. concl. 65. n. 146. Arma tamen oppignorare prohibutum est: test. Perez. in C. de remil. n. 38. in fin. Carol. a Mansfeld. in mag. milt. tr. 2. p. 2. c. 3. lat. 169. B. Struv. ad tit. ff. quæ res pign. tb. 18. Carpz. in Farispr. for. P. 1. C. 29. n. 31. Quin nec in his tacita hypotheca induci, neque executio fieri potest, arg. l. 40. ff. de re jud. Schneidev. in §. item si Serviana. n. 43. §. de act. Coler. Proc. exec. P. 2. O. 3. n. 132. Matth. de Judic. c. 13. tb. 17. Item stipendia posse obligari pignori negat. Gloss. in L. Stipendia. 4. C. de exec. rei jud. arg. l. 5. C. quæ res pign. oblig. non poss. Sub tacita etiam vel generali hypotheca, salarium non contineri, docet Gaius de credito. c. 4.

q. 5.

q. 5. n. 95. nec etiam vestes. Marquard. de jur. merc. l. 1.
c. 14. n. 27. nec donatiya militis. l. 5. C. quæ res pign.
gloss. b.

§. 4. Nec minus ad negotia inter vivos contractus
pertinent, quodque inde æs alienum exoritur. Est autem
æs alienum castrense, quod in castris filius contrahit, ex quo
& castrensis creditores. l. 1. §. 9. ff. de separat. In dubio au-
tem filiusfamilias miles alias quoque illius peculii nomine
contraxisse existimatur. l. fin. ff. ad SC. Maced. Et tamen pe-
culiare, quod miles non possit debere, quid ob vulnerum
curationem; quippe ex Aurelii Cæsaris edito miles agro-
tans aut ex vulnere decumbens gratis a Medico curari de-
beat. Flav. Vopiscus in Aurel. vitæ. Porro quoad mutuum
in specie tenendum, quod miles mutuum sumere putetur
militare causa, Brunnemann. in l. 1. ff. de SC. Maced. n. 5.
nec hæc præsumtio juris, quæ & de jure est, probationem
in contrarium admittit, juxta Gloff. ad l. fin. C. de SC. Ma-
ced. Welsenb. in ff. de prob. n. 14. C. A. init. de prob. n. 15.
add. Gothofr. de Jena de SCio Maced. Sccl. 5. apb. 5. junct.
apb. 13. n. 5. seq. Quin & in universum quoad peculium
castrense cessat exceptio SC. Macedoniani. l. 1. §. ult. ff.
eod. Plane cum ipso etiam Patre super eo, quod castrensis
est peculii, contrahere potest. l. 2. ff. de contrab. emt. At-
que hoc causa non possunt heredes patris retractare contra-
etum, ne quidem ob ingratitudinem, si pater ipsum non
impugnaverit. Firmat hoc prajudicio H. Pistor. Obs. 21.
n. 5. seq. imo & filius emere potest rem a patre oppigno-
ratam, quia in peculio filius patrisfamilias vice fungitur.
d. l. 2. de contrab. emt. l. 52. §. 1. ff. de furt. F. Arias de Mes-
variar. resol. lib. 1. c. 34. n. 2. Ex tutela raro miles con-
venitur, cum non facile ad eam admittatur: vid Montan.

H 3

de

de jur. Tuz. c. 23. n. 36. Grænevæg. ad §. 14. f. de tuzel.
nec privilegio huic renunciari posse, tradit Enenckel. de
priv mil. l. 2. priv. 15. n. 6. Limitationem id recipere, si
literata, civilis aut alia persona, extra militiam constituta, in
testamento simul denominata sit, ex sententia quadam ob-
servasse de se ipso testatur Casp. Matth. Schvartz. in sei-
nem richtigen Wegweiser zu denen Räyserl. &c. Kriegs-
Articuln. tit. von dem General-Stab. art. 3. quæ ad d. 28.
Febr. 1674. in judicio Regio Stadensi, ad Consultationem
Inclitæ Facult. Jurid. Jenensis in causa actoris, cui ipse
patrocinabatur, publicata est. Litem vero ullam penitus
redimere non potest miles, Lenz. de cess. c. 8. m. 7. n. 3. non
eriam fidejubere pro alio; Sande. l. 3. Decis. tit. 10. def. 1.
quod procedit quoque in militibus nostri temporis actu
militantibus, nisi in rem suam fidejubeant, aut vor ihre
Rotte und Spieß. Gesellen; Ant. Hering. de fidejuss. c. 7.
n. 160. citati Reyger. verb. miles. n. 12. nec procurator in rem
suam esse ob cessas actiones poterit. Lenz. c. 4. m. 7. n. 10.
Dissent. Giphan. in l. 41. ff. de procur. n. 5. per l. 9. C. eod. tit.
Tandem contrahere cum concubina vel ei per contractum
quid tribueri prohibetur, Besold. P. 3. Consil. Tubing. Conf.
96. n. 7.

§. 5. Inter mortuos constat, quod jure singulari &
 secundum simplicitatem Juris Gentium testentur milites,
 Bolognet. in rubr. ff. de vulg. & pupill. subſt. n. n. fol. 246.
 quoque testamentum eorum valeat quo voluerint modo.
L. 1. ff. de iest. mil. Gail. l. 2. obs. 118. Wesenb. in Conf. 12. P. 1.
 Testari autem potest etiam is, qui commeatum, i. e. licen-
 tiā abeundi impetravit, modo non in mora fuerit, quo mi-
 nus ad castra redeat, arg. l. 1. ff. ex quib. caus. Maj. l. 78. in p. ff.
 de Leg. 3. Carpz. P. 3. C. 4. D. 29. Apud Romanos etiam moris
 fuit,

fuit, ut filius familias equestri militia exornatus & in comitatu Principum retentus, cingi confessim debeat & tum de castrensi peculio testamentum condere poterat. Cum pri-
 mum enim militiae *signum* seu insigne habuit & non ante, miles fuit. *I. penult. ff. de milit. test.* Speidel. in
spec. verb. Soldat. Hoc testandi privilegium cur ad alios
 v. g. Consiliarios bellicos, Medicos ac reliquos in hosti-
 co degentes extensem sit, elegantes reddit rationes
 Finckelthus. *obs. pract. 46. n. 16. seq.* In primis autem de eo,
 quod in castris acquiserant testamentum condunt milites
 ex constitutionibus Principum, & donare mortis causa tan-
 quam Paterfamilias possunt; *§. ult. f. de milit. test. I. f. C. de*
inoff. test. I. 32. §. 8. ff. de donat. int. vir. & uxor. I. 15. ff. de don.
mort. caus. & quidem istud non communi tantum sed mili-
 tari etiam & proprio jure. *d. §. ult. f.* An de aliis etiam bo-
 nis quam hoc peculio jure militari extra castra & expedi-
 tionem testari possint? disputat Betsius *de past. fam. illus-*
p. 16. Verum, nec in hoc favor testamentorum milita-
 rum subsistit, sed faciunt quoque ut institutus definat esse
 heres post tempus certum, i. e. directo possunt substi-
 tuere tam minoribus quam majoribus, in casum, si here-
 des erint. Bolognet. *d. I. num. 12. fol. 246. & num. 69.*
fol. 252. seq. Fufius hanc rem tractat Fusarius Brixiens.
de substit. mil. direct. qu. 206. seq. Sin autem solenni-
 ter creati non sint, & nomen saltem habeant vel dignita-
 tem, ut equites aurati, minime gaudent privilegio direc-
 to substituendi, nisi armis revera incumbant & stipen-
 dum accipient. Bets. *cir. loc.* Sed si de voluntate mili-
 tis ambigatur, an is voluerit condendo testamento pri-
 vilegio an communi jure uti, in dubio praesumitur, quod
 jure communi testatus fuerit; atque hoc an perpetuo ve-
 rum

rum sit, vid. Mascard. *V. 2. de probat. concil. 1058.* An chirographum militis loco testamenti habendum? v. Manz. *Dec. 33. n. 10.* Mantic. *de conj. ult. vol. I. 6. tit. 1. n. 6.* Struv. *de success. c. 2. tb. 3.* Nudæ tamen locutiones ac pollicitationis circa hæreditates in eventum mortis facta vigorem testamenti non obtinent. Burger. *I. obf. 45.* nec etiam Codicillis directo possunt dare hereditatem per *I. 19. in pr. ff. de test. mil.* tum per text. in *§. 2. J. de Codicill. ibi: ne confundatur jus testamenti & Codicillorum. I. 14. C. de cest. Bocer, Class. 3. Disput. 6. n. 18. & in d. tract. de bell. lib. 1. c. 25.*

§. 6. De cætero si miles, postquam de peculio castrensi testatus esset, ab hostibus captus fuerit & apud eosdem decesserit, L. Cornelia scriptis etiam subveniet heredibus. C. A. de pec. tb. n. Ob graviora quidem delicta, v. g. si miles sacramenti fidem rumpit, Praefectum suum aut Ducem deserit &c. damnato militi testamenti factio omnino denegatur; *I. n. p. ff. de test. mil.* propter leviora autem, ut sunt vagari per castra aut emanere &c. saluum manet privilegium testandi super bonis castrensis. Moribus autem hodiernis pro singulari privilegio hoc neutiquam reputandum, quia hodie etiam pagani ad mortem damniati de bonis suis valide testari possunt, nisi ejusmodi delictum commiserint, quod simul confiscatione bonorum coeretur. Carpzov. *in Prax. Crim. P. 3. qu. 135. n. 20. Et 21.* Querela inofficiose etiam non potest impugnari hoc testamentum: quid si vero testetur filius paganus de peculio. Castrensi, ignorans patrem esse mortuum, an ita testamentum quoque filii ad bona a patre adipsum devoluta pertinet? affirmat *I. 9. §. 2. ff. de castr. pec.* ne pro parte testatus pro parte intestatus decedere videatur, contra *I. 7. de R. J.*

de R. f. Plane etiam fideicommisso patrem in bonis castrenibus gravare potest. A. Faber, *rx. pragm. Dec. 43. error. s. n. 7.* Concubinæ vero omnino prohibetur quid relinquare, aut mulieri quam usurparit, ceu nec meretrici quid legare potest, hocque causa relictum ad fiscum periret, l. 14. ff. quæ usi indign. l. 41. § 1. de test. mil. ne miles fictis illius adulatioibus privetur bonis, arg. l. 2. C. de donat. int. vir. & uxor. arque præterea, ut tanto magis ejusmodi personæ a militium consortio & contubernio absterantur & abiunant, siue castra ab ejusmodi fecibus repurgata seruentur. Tandem accretio in hujusmodi testamento locum non habet, l. 6. l. 19. ff. de test. mil. Valer tamen pacatum milites super successione futura, & hoc in vim ultimæ voluntatis, l. 19. C. de paci. Dd. in bunc text. H. Pistor. l. 4. q. 2. n. 36. cum limitar. Qua ratione debita hereditaria solvantur? v. Joh. Voet. *de fam. hereditate. c. 12. n. 7.* Et 16. n. 6. Bürger. ob. 47. Coet. *de iur. & priv. mil. l. 1. c. 22.* 16
 §. 7. Ad negotia inter mortuos pertinere non minus donationem mortis causa, probat, l. ult. C. de donat. Ferd. Arias de Mesa. var. ref. l. 2. c. 39. n. 10. Quo itaque an filius posuit donare mortis causa de castrensi peculio? Affirmat l. 7. §. ult. ff. de donat. vid. Ant. Faber. d. tr. decad. 47. error. 19. n. 12. Et dec. 43. error. 10. n. 11. Quid si patri quid donaverit & alium instituerit heredem? Valer ejusmodi donatio. Id. error. 5. n. 8. Vicissim quando pater testatus est, non potest filio militi in legitimam imputari peculium castrense. Bald. in l. omnimodo, §. impunari. C. de inoff. testam. Si tertius filii familiæ bona cal trensia reliquerit, & pater ex persona filii succedat, conceditur illeremedium l. ult. C. de Edict. Div. Hadri. vol. quando enim filius

filius castris suis institutus, isque hereditatem adire noller, tunc pater heres sit & habetur, ac si ab initio fuisse scriptus heres. *l. ult. §. 2. C. de bon. quæ liber.* Cum itaque re ipsa efficitur heres, sequitur, illi haud denegandum esse hoc beneficium. Zuchard. *in l. i. C. qui admitti. n. 254.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. q. n. 275.* Fallit si filius ipse bona castris jam apprehenderit: tunc enim pater hujus beneficij vix particeps fieri poterit, quod in his non consideratur aliqua patria potestas, ex quo ipse filius in his paterfamilias habetur.

Q. 8. Illud adhuc notandum, quoad casum testati, de militibus Sancti Jacobi, Calatravæ & Alcantare, quando illi de redditibus suarum Commendatarum possint disponere. De qua re vid. Navar. *in c. fin. quæst. 1. n. 19.* contra quem tenet Gutierrez. *lib. 2. pract. quæst. 13. n. 2.* Molin. *lib. 2. de Hipp. prim. c. 9. n. 69.* ubi resolvit, quod possint disporne fructibus suarum Commendatarum ad libitum sine peccato. Clericis etiam de bonis post Clericatum acquisitis, data est testandi licentia, per aut. Presbyteros. *C. de Episcop. & Cler.* In illis vero, quæ antea acquisiverunt, prejudicare nequeunt patri in usufructu illi super eisdem competente. Azo *in summa. n. 19. C. de Episc. & Cler.* Covarruv. *in c. quia nos. n. 1. de testam.* Cævall. *opia. 794. n. 23.* & 25. Item quilibet filiusfamilias v. g. Senator, advocatus &c. de peculio quasi castrensi testari potest, etiam invito patre, ex Constitutionibus ad exemplum castrensis peculii. Anton. Fab. *Cod. Sabaud.* *lib. 8. tit. 33. def. 3.* Trentacinq. *var. ref. lib. 1. tit. de pecul. ref. 1.* An autem Doctores legentes & Advocati directo ad instar militum possint substituire, latius tractat Bolognet. *in l. Centurio. n. 14. seg. de vulg.*

vulg. pupill. subdit. fol. 258. Plane etiam in quasi castrensi peculio querela inofficiosi locum non habet. Tretacing. loc. cit.

§. 9. Quod si vero filiusfamilias miles intestatus moritur (quoniam si in bello pereat, vivere intelligatur per decus in aeternum. l. 22. ff. de test. tut. add. Georg. de Cabedo, Decis. Regn. Lusit. 147. P. 1. qui casum specialem tractat,) successorem non minus habet a Lege. De una enim legione intestatus decedens absque legitimis hereditibus, de jure Codicis successores habet commilitones de sua legione. l. 2. C. de hered. Decur. Speidel. in spec. verb. Soldat. Conf. omnino de legitima militis successione in bonis castrenis, Ant. Faber. d. err. pragm. decad. 72. error. 9. Patre vero superstite olim si deceperit intestatus, peculium ejus communem cum reliquis naturam obtinuit. l. 1. 2. & 9. ff. de cast. pec. Nunc ex J. Novellarum si superstites habeat liberos, non occupabit pater bona jure peculii, ut antea; dd. tr. l. 18. ff. ad L. Falcid. sed potior erit in succedendo causa liberorum ex Constitutione Justiniani Nov. 15. c. 4. Christin. Decis. 138. n. 15. Brunnemann. ad cit. C. de cast. pec. n. 6. & 7. Plane sicut hereditas olim Pandectarum jure non fuerat ejus, qui peculium habet; cuius enim hereditas aliqua est, ejus peculium aliquod esse impossibile est; ita nec pater in eo erat heres filio; uti nec in quasi castrensi: Bolognet. in L. cum filiusfamilias ff. de leg. l. n. 35. col. 3. fol. 122. sed jure peculii succedebat, l. 5. C. de cast. pec. l. 1. ff. eod. cuius effectus proponuntur in C. A. de pec. tb. 10. Et sane multum interest, an in peculio castrensi, ut & quasi, filius patrem habeat heredem, & hic jure heredis an potestatis acquirat. Perez. in C. de cast.

cast. pec. n. 7. Olim tamen heredis loco erat quodammodo, videlicet, quando peculium occupavit castrense filii, potuit & debitores filii convenire & a creditoribus filii conveniri, saltem ad peculii finem: *I. 17. ff. de cast. pec.* quia licet heres vere non sit, heredis tamen locum obtinet. *Ant. Fab. C. Sab. lib. 6. tit. 35. c. 2. def. 6.* Parum autem refert ab hac parte, an quis heres sit, an loco heredis. *I. 2. ff. ad SC. Trebell.* indeque etiam beneficio. *L. ult. C. de edit. Div. Hadr. toll.* utitur, ut antea monuimus. Quod si ex sanguine non habeat heredem, vexillatio militi ab intestato succedit. *I. i. C. Theod. de bon. milit.* Et haec quidem ita accipienda sunt, si miles sua morte decessisset; nam si capite damnatus esset, in bonis castrenibus cognati ad quantum usque gradum duntaxat succedebant, & post eos filius. *I. 2. ff. de vet. & mil. success.* Et hanc etiam distinctionem agnoscunt Graeci *lib. 45.* Basiliorum Add. Carol a Mansfeld. *in mag. mil. tr. 2. c. 20. lat. 337. seq. Cet. de jur. & priv. mil. lib. 2. c. 12.* Schwend. *de re mil. lib. 94.* Imo etiam Duces alias quid sibi vindicant, de quo Burg. *in obs. 43. & 47.*

§. 10. Ipse filius familias miles si patri defuncto succedit quacunque ratione, non consert fratribus, quod peculi castrensis nomine habet, idque praecipuum esse oportere, multis constitutionibus continetur. *I. i. §. 15. ff. de Collat. l. fin. C. eod. l. 4. C. fam. herc. Alciat. prae sumit. 27. reg. 3.* Gratian. *discept. for. jud. q. 993. n. 20. seq.* Militia autem a patre filio emta ab ipso conferri debet, illique imputabitur per rex, *in L. omnimodo. 30. §. imputari. 2. C. de inoff. test.* Bald. *in l. benc. n. 3.* Bart. *in l. i. §. nec ca strense. ff. de collat.* & hanc sententia veriorem scribit Ripa.

Ripa. in l. in quartam. n. 163. ff. ad l. Falcid. & communem
opinionem esse, Roland. Tom. 2. consl. in consl. 21. n. 16.
Et quamvis Dd. de ratione Legis hujus admodum solliciti
sint, eorumque rationes ante Justinianum concluderent;
tamen quia Justinianus hoc datum esse voluit ob causam,
ei standum erit, quoniam non curamus de modo, quan-
do habemus effectum & interpretationem. l. 29. §. 7. ff.
de liber. & postbu. Bolognet. ad l. in quarram. ff. ad l. Fal-
cid. n. 309. col. 1. Procedit autem haec dispositio, quando
militia ad heredes transitoria est, aut vendi rursus potuit
alii, vel venalis & transitoria simul est, quia Imperator in
d. §. imputari. 2. tantummodo cum illis qualitatibus im-
putari eam voluit. Ex quo etiam colligunt Dd. expen-
sas factas pro filio Doctorando non videri posse imputari,
quia Doctoratus ad heredes non transmittitur, neque
potest vendi: & ideo non dicitur habere commodum pe-
culiarium interpretative per legem, & presumuntur pa-
ter fecisse dictam expensam propter honorem suum &
filii & gratificationem Consanguineorum: l. 1. §. 16. ff. de
collar. l. un. C. de peric. success. parent. Bolognet. d. l.
n. 313. Carpzov. P. 3. C. ii. D. 17. Schepliz. P. 3. Consuer.
Marg. tit. 3. n. 19. Brunnemann. ad l. 4. de cast. pec. n. 8.
seq. Non etiam acquisita a Clerico ex rebus Ecclesiasti-
cis collationi obnoxia sunt, cum sint loco peculii quasi
Castrensis, in quo plenum comperit jus de eo disponendi.
l. 33. C. de Epist. & Cler. Host. in c. quia nos, ubi Covarruv.
n. 2. & 3. de testam. Quid de eo, quod ex re patris sua indu-
stria acquisivit filius, statuendum sit? superius traditum. At-
que haec administratione peculii militaris: restat, ut pau-
cis adhuc de judicio & præprimis foro competente, co-

ram quo lites de peculio castrensi ortæ dirimi debeant,
videamus.

M E M B R . III.

De Judicio.

§. I.

Milites uti multis dotati sunt privilegiis; ita singula-
re etiam & privilegium habent Judicium seu Tri-
bunal, quo illi ex privilegio coram Magistro mili-
tum forum sortiuntur, fac. l. 3. p. ff. de re mil. l. 4. §. 5.
l. ult. eod. Råyser Maxim. R. B. Rubr. wie das Recht
der Recht zubestellen. Königl. Schwedische Ober-Ge-
richts-Ordnung. in Corp. Milit. p. 195. Holland. Kriegs-
Recht, quod publicavit Papp. usque adeo ut secun-
dum quorundam locorum statuta, Duces, Praefecti & Ju-
dices militares, de omnibus in universum militum cau-
sis cognoscant privative, inhibeanturque ab ipsis Judices
ordinarii paganorum, post Clar. Cavallin. Mastrill. Tom.
Charlevallius Hispan. de Judic. tit. 1. Disp. 2. Burger. Cent. 2.
observ. 26. Et 97. Lobrinus in annos. ad Laz. Schwendi
Kriegs Discours. p. 89. Alibi vero locorum, non conti-
net hoc Judicium causas Civiles, sed ratione illarum mi-
litae forum judicis ordinarii agnoscunt, & sic v. g. milites
negotiares præscriptione fori non gaudent. Charlevall.
d. l. Et q. 4. n. 412. Exercetur enim illud vel inter milites
ipso,

ipsos, vel inter militem & paganum simul, l. 6. C. de Ju-
 risdict. respectu tamen prorsus diverso, cum Viri Illustres
 (verba sunt Impp. Gratiani & Theodosii) Comites & Ma-
 gistri peditum in Provinciales nullam penitus habeant po-
 restatem in l. 1. C. de offic. Mag. mil. Milites vero coram
 hoc judicio omnino stare & causam dicere coguntur, non
 gregarii solum, sed etiam officiales. Lobrin. d. l. p. no. ibi :
 vor das Regiments - Gericht, und consequentur vor
 den Regiment - Schultheissen gehören alle Misshand-
 lungen und Fehler, welche die Soldaten in gemein re.
 Gros - und Kleinhans &c. Reut. Best. art. 50. ubi
 tamen discrimin servandum, quod non omnes indistin-
 tae milites forum sortiantur coram regiminis sculteto,
 sed ex his quidam coram Generali Auditore sint conve-
 niendi. vid. Schwedische Ober Ger. Ordin. rubr. von
 General. Stab. §. 8. Klock. Conf. 83. n. 1. & §. 8. Lite igi-
 tur pendente si quis factus est miles, an fori privilegio
 gaudeat? v. Gratian. d. tr. g. 421. n. 29. & an id in feudo
 habeat locum? Rosenthal. Synops. Jur. feud. c. 12. Conf. 1.
 n. 15. Ventilantur enim in hoc judicio omnes cause con-
 tentiose Jurisdictionis, tam Civiles quam Criminales;
 Seculares & Ecclesiasticae, Königl. Schwed. Kriegs-
 Ordin. tit. 3. vom Beruff der Feld - Prediger. §. und
 hmit nun. mode in illud sint deductae, quippe quod
 de eo, quod judicio comprehensum non est, judex sen-
 tentiam proferre nequeat. l. 3. C. de edend. Causæ vero
 voluntariae Jurisdictionis, v. g. insinuatio contractum,
 pactorum de futura successione &c. tam coram Regimentu
 Sculteto, quam Generali Auditore, peragi possunt. Königl.
 Schwed. Oberger. Ord. rubr. von des General. Audi-
 teurs

teurs Ambt. in Corp. Jur. mil. p. 206. §. 3. Quod Auditores officium cesserat, si militantes pro functionibus debitisque publices vel privatis ante, aut dissoluta militia contractis conveniantur. I. un. C. in quib. caus. mil. for. prescript. Hoc enim causa privatis actionibus occupati sacramento sunt solvendi, I. fin. de re mil. adque ordinatum judicem remittendi, I. i. §. 6. eod. und. haben in Civilibus die Soldaten sich simes privilegii zu geraden, sondern missen vor Obrigkeit des Orts stehen, wenn sie pro functionibus debitisque publicis vor Gericht gefordert werden.

§. 2. Filius familias igitur ex castrensi peculio coram hoc iudicio militari teneret respondere creditoribus castrensis. Illud enim probe notandum, quod illa conclusio, ob debita civilia militem coram judge militari forum sortiri, vix aliter procedat, quam de iis debitis, quae in castris contrahuntur respectu militiae, exclusis reliquis, quae sunt civitatis, per d. I. un. ibi: in aliis privatis actionibus occupatos volumus respondere. C. in quib. caus. Quanquam alias & non castrensis de hoc peculio teneantur, e. g. uxori dotem reperienti; ubi & illud commune militis privilegium habet, ut in id duntaxat, quod facere potest, condemnetur. I. 7. ff. de castr. pec. Quo tamen casu, non denegatur his qui cum eo contrixerint, postquam militare ceperit, facultas impetrandi separationem bonorum castrensis a peculio pagano. C. A. ad tir. de pec. castr. ab. 10. n. 10. Pater utique ex peculio castrensi conveniri nequit, nec personali nec reali actione I. 18. §. 15. ff. de castr. pec. Quod si tamen sponte actionem a castrensis creditoribus adversus filium pati velit, eum in solidum, ut quili-

quilibet defensor, non peculiorenus defendere debet, d. §.
 quanquam patri non possit solvi ratione alterius, quam
 profectiū & adventitiū peculii. Dec. in l. filius. 23. n. 6.
C. de paſt. Alexand. Lib. 2. Consil. 4. n. 3. Cæterum exe-
 cutio fit aduersus militem in caſtreſi peculio, Neap. 3.
 dig. tit. pecul. c. 3. Richter. Dec. 1. n. 24. Surd. de alim. iiii. 7.
 qu. 31. n. 6. tantum, quod in arna fieri nequeat, l. 40. ff.
 de re jud. neque arrestum in ſtipendium decerni. Mæv.
P. 8. Dec. 271. Non etiam citatio realis ob civile debitum
 fuſcipitur aduersus militem aut is arrestari potest, si fol-
 vendo non fit. Dit. Covarruv. l. 2. var. resol. c. 1. n. 4.
Jac. Menoch. arbiz. jud. l. 1. q. 88. n. 9. Brunnem. de ceſſ. bonor.
 g. ii. Caccialup. de debit. ſuſpeſt. q. 5. n. 12. Si autem hoc,
 ubi prorsus folvendo non eſt; Ergo multo minus capi &
 arrestari poterit, si moram tantum in ſolutione neceſſat,
 folvendo existat, & alibi bona poſſideat, qu. diſſicilius ad
 detentioneſi ob moram, quam uti quis omnino non
 exiſtar folvendo, devenitur. l. 1. l. ult. *C. pr. qui bon. ced.*
poſſ. l. 12. *C. de O. & A.* Berlich. P. 1. Concl. 75. n. 15. Hoc
 tamen beneficium ad illorum personas pertinet, dum mi-
 litia funguntur, ne avocati Reipublicæ neceſſitudines de-
 ferant; at non perinde ipsorum bona ſunt immunia,
 quin potius, si iuſta ſuberit cauſa, arreſto poſſunt affici.
Coler. de proceſſ. exec. P. 2. c. 3. n. 137. Mæv. p. 9. *Decif. 21.*
 n. 1. seq. Sic Scholares ſi de fuga ſuſpecti ſunt pro debitis
 in perlonis & rebus adhuc reſiduiſi arreſtari poſſunt, pro-
 ut experientia docet, & in hoc derogatur ipsorum pri-
 legio ex aut. habita. *C. ne filius pro patre.* per conſuetu-
 dinem ſc. contrariaſi. Coler. d. rr. P. 1. c. 2. n. 127. Miles
 autem nullo modo in carcerem poſteſt conjici ob debita,

K

quin

qui potius beneficio competentiae fruatur, ne scilicet
egeat. I. 6. l. 18. ff. de re jud. Dn. Rachel. *Dissert. de benef.
compt. tb. 24.* Berlich. *Conclus. 28. n. 36.* B. Struv. *Synt.
Jur. Civ. Exerc. 44. tb. 20.* Enenckel. *de priv. mil. lib. 2.
priv. 20.* Et juris est, illum exceptioni huic renunciare
non posse, Gothof. ex Zaf. n. 4. add d. I. 6. atque id hodie-
num servari, testatur Gr̄neweg. *ibid.* Quod an solum
ad debita in castris contracta pertineat, qu? Gloss. qui-
dem in I. 6. C. de pec. cast. Burger. *Cent. i. obs. 40.* hoc
ita restringit per §. 3. f. de test. mil. ubi bacterius militi-
bus privilegium concedi dicitur, quatenus militant & in
castris degunt. Dubitat tamen ab Esbach. in not. ad
Carpzov. P. 2. Def. 25. n. 9. add. Zanger. de Except. P. 2.
c. 15. num. 59. Enenckel. *de priv. mil. priv. ip. n. 3. & 4.*
quod textus ille, non de omni militum privilegio, sed
de eo tantum, quo in testamento condendo fruatur, lo-
quatur. Et sane reliqua, quae militibus hoc beneficium
in jure tribuunt loca, sine distinctione id adstruunt, nec
ulla lex, quae contrarium teneat, reperitur. Lege autem non
distinguente nec nostrum est distinguere; imo expresse
hoc asserere videtur. I. 7. ff. de cast. pec. Imprimis vero
illud accedit, quod milites hoc privilegium dignitatis &
existimationis intuitu aut etiam salutis tuendæ causa ob-
tinuerint, ut ratio ostendit, & Dd. ipsi profitentur.
Quo utique sine excidisset Imperator, si non in omnibus
idem statuatur. Extenditur quoque hoc privilegium
ad milites togatos, Advocatus v. g. Doctores, &c. pro-
pter omnis generis disciplinarum legumque divinarum
& humanarum cognitionem, cum beneficium hoc magis
ob dignitatem, quam actum militiae datum videatur.

Ever.

Everhard. in Topic. in loco a militia armata ad militiam cœlestem, Brun. de ceſſ. bon. q. 3. n. 10. Coler. d. tr. P. 2. c. 3. n. 119. ubi n. 121. & 23. habentur limitationes. Contrariam tamen opinionem communiter servari de facto, fatetur Albericus in d. 1.6. add. Cævallos opin. commun. contr. comm. q. 477. An idem habeat Vafallus, Nobilis? dubitat Gofvvin. ab Esbach. ad Carpzov. P. 1. C. 32. D. 15.

n. 3.

§. 3. E contrario etiam fit executio instrumenti garantigia in militis commodum. Cod. Fabr. lib. 2. tit. 8. def. 5. & lib. 4. tit. 7. def. 8. Illud Qu. An in solitem ipse teneatur, quando non confecit inventarium? Et quidem milites nunquam ultra vires hereditatis teneri ex Legi Gordiani, §. 5. f. de bevered. qual. & differ. ibique Dd. L. fin. in pr. C. de jur. delib. certo constat. Licet enim Justinianus beneficium inventarii tam militibus quam ceteris commune postea introduxit, saluberrime tameu in d. l. f. §. f. constituit, quod milites, et si propter simplicitatem dictæ Legis subtilitatem non observaverint, ultra tam non teneantur, quam in hereditate invenerunt. Nec obstat Nov. 1. c. 4. §. 2. verb. sive militari. Cujacius enim in explicatione hujus Nov. afflevarat, d. §. 2. non pertinere ad totam præcedentem constitutionem, sed ad penas non observatae ultimæ voluntatis. Deinde in tota hac Nov. non continetur dispositio de obligando herede, si inventarium confiscere intermisserit, ultra vires hereditatis, sed tantum de amittenda hoc casu Falcidia. Quamvis ergo & hoc largiri velimus, male tamen colligitur, in eo etiam Constitutionem Justinianeam d. l. fin. correctam esse; in quo ergo id non reperitur correctum, ibi consistet prior

illa de militis privilegio constitutio , inquit Maev. *Consil. 31. n. 52. segg.* Porro Q uia post sententiam adhuc opponere poslit quamlibet exceptionem? v. Umm. *de process. Disp. 8. n. 59. in med.* Illud quidem singulare est in condicione indebiti, quod actor miles non teneantur indebitum probare. Enenckel. *de priv. mil. lib. 2. c. 33.* Chritlin. v. 2. *Decis. 149. n. 14.* Potest vero etiam bonis cedere: quo ramen casu arma retinet, gloss. & Dd. *in l. 125. ff. de V. S. Brunnen. decest. bon. qu. 3. n. 7.* Enenckel. *d. rr. priv. 21. n. 3.* Quod si autem exceptionem omiserit, in integrum restitutione fruatur; l. i. *C. de jur. & fact. ign. sed, non nisi ob impedimenta propter militiam:* Unde, si post item jam ceptam ultro quis nomen militiae professus, nullo constituto procuratore ad istam, obiit, ei non magis hoc proficere, quam voluntariam absentiam, decisum apud Maev. *P. 4. Dec. 229.* Quanquam & tunc restituatur, quando creditor pignus ipsius vendidit dolo. *de Mesa d. rr. lib. 1. c. 30. n. 10.* Nec minus privilegium quoddam habet in expensis lites. Surd. *Dec. 274. p. 720.* Tandem pater quoque actionem uilem potest acquirere, ratione peculii castrensis vel quasi, ut supra; quod si vero occuparit peculium castrense actiones an habeat, & an sint contra ipsum? docet Faber. *in Cod. Sabaud. lib. 6. tit. 31. def. 6.* Utique si rem castrensem abstulit, ipse in factum actione tenetur, i. e. ea, quae infamiam non irrogat: placuit enim filium adversus patrem ob reverentiam ei debitam non posse ignominiosam actionem exercere. *l. 5. ff. de obseq. parent. & patron. l. ii. ff. de dolo. l. ult. §. ult. l. 52. §. 6. ff. de furt.* quo §. significat quidem Ulpianus propter res furto subtraetas patrem conveniri actione, sed in factum; Quam sententiam verio-

veriorem esse agnoscit Cujac. lib. 3. obs. c. 37. & in l. n.
de dolo. Hillig. in not. ad Donell. lib. 17. comment. cap. 4.
Lit. H.

§. 4. Non idem favor est militiae in factis illicitis;
& puniuntur quidem milites si in castris delinquent a Du-
cibus suis. l. 12. §. 2. ff. de re mil. Mart. Laud. in rr. de mi-
lite. qu. 37. quod in tantum est verum, inquit Farinac. q. 4.
n. 4. ut milites delinquentes in castris, si fuerint reperti
extra castra, debeant remitti ad magistrum militum; idque
in facto obtinuisse testatur ibid. add. Consil. 4. n. 17. seq.
Singulare autem ratione ob delicta militaria pena infligi-
tur, duo & detentio pertinet; item amisio armorum; Haec
enim in bello qui amisit vel alienavit, capite punitur; hu-
mane militiam mutat. l. 3. §. 13. ff. de re mil. manu ein
Soldat, seine Wehr und Waffen hinweg wirft; oder
im Felde verlässt, der soll nicht allein mit den Gassen-
lauffen (virgarum transcurzione) gestrafft werden, son-
dern auch hernach aus dem Lager liegen, plane ad
veterem disciplinam, de qua Liv. l. 10. ibi: cohortes, que
signa amiserant, extra vallum sine tentoriis destitutas inve-
nit &c Schwedisch. Kriegs R. art. 74. Idem de signite-
ris dicendum, qui adhuc hodie jurant, se ad extremum ve-
lo involutatos, & se macari potius, quam illud auferri
passuros esse. Add Menoch. de recuper. possess. remed. 9.
n. 360. in fin. Tacit. de mor. Germ. e. 6. in fin. Non minus
& pecuniarie coercentur milites Zilles. de mulcta, & jur.
multe c. 8. n. 57. per. l. 3. §. 1. ff. de re mil. quo spectat il-
lud Festi; Censio bastaria dicebatur, cum militi multæ nomi-
ne ob delictum militare indicebatur, quod bastas daret:
privabatur igitur parte armorum, eaque pecunia debebat

K 3

tuere:

luere: Aut etiam cum ære privantur, & stipendia non procedunt. De quarum pecunarum distributione, conf. Cœter. d. tr. lib. 3. c. 17. Feltmann. de cadav. inspic. c. 60. n. 2. Et quanquam castrense peculum fisco ob dilectum militare non adjudicetur. Alexand. in l. se finita. §. si de ve-
 dig. n. 49. de damn. infest. Boër. Dec. 7. n. 41. Sunt tamen casus in quibus castrense & quasi castrense peculum confiscari potest, ut probant Mascard. vol. 3. de probat. concl. 1158.
 Dd. adducti Farinac. q. 25. n. 12. & 13. & eandem opinio-
 men tenet Gómez. var. resol. tom. 2. tit. de contract. n. 15. & veriorum, præcipue in crimine laesæ Majestatis, di-
 cit Gig. lib. 2. tit. de paenit. q. 12. Sed ob delictum patris
 suo peculio filius non privatur, Rosenthal. c. 10. concl. 6.
 n. 2. neque confiscatis bonis patris sub hisce veniunt bona
 filii, ne quidem profectum aut adventitium peculum
 l. 3. §. 4. in fin. ff. de minor. Mascard. de prob. v. 3.
 concl. 164. n. 20. Menoch. de recip. possess. remed. q. n. 73.
 Alias quoque militum violentiam coerceri oportet, nec
 impune illi rem aliquam vi invadunt, Mæv. P. 4. Dec. 218.
 per tor. aut propria auctoritate res debitores capiunt, propter
 regulam generalem, quod nemini licet sibi jus dicere pro-
 pria auctoritate. l. 13. ff. quod met. caus. l. 14. C. de Judais
 l. un. ne quis in sua caus. jus sib. dic. Burger. 3. obs. 2. Illustr.
 Dn. Praeses in Analeft. ad tit. de re mil. tb. 42. Ne-
 que vero juris ignorantia excusat militem in his, quæ na-
 turali jure improba sunt. l. 2. C. de in jus voc. Paris. lib. 4.
 consil. 149. n. 20. ceu nec presumitur, ignoranter quid fe-
 cissem. Socin. in Consil. 47. num. n. lit. i. Gravett. Consil. 413.
 n. 10. Menoch. de præsumt. lib. 6. præsumt. 23. n. 18. quan-
 quam ignorantia juris militibus alias ad excusationem fac-
 pe

pe proficiat. *I. g. §. 1. ff. de jur. & fact. ign.* Rationem ponit Imperator in *I. f. pr. C. de jur. delib.* Cumprimis vero miles castris dimisus ad ignorantiam juris Civilis frustra provocat. *I. 17. §. fin. ff. de test. mil.* Mæv. cit. loc.

Et haec sunt Ben. & Cand. Lector! que pro ingenii nostri tenuitate de *jur. pec. milit.* publici juris facere potuimus. Fateri quidem necessitas jubet, multa adhuc in profunda hac materia desiderari, sed cuncta hic apponere, non minus chartæ quam etiam temporis spatium prohibet. Si vero in tam arduo negotio uno vel altero loco impegiisse aut errasse me contigerit, est quod a Te Ben. & Cand. Lect. obnixe rogito, ne mihi vitio id vertas, sed potius memor esse velis illius Nostri Justiniani, *confit.*

tanta. §. 14. C. de V. J. E. dicentis: In nullo penitus peccare, divinitatis magis, quam humilitatis esse.

SOLI DEO GLORIA.



SOH DE GLÓRIA



Jena, Diss., 1697 (1)

ULB Halle
004 389 646

3



Msc 1+15

bca

Farbkarte #13



Pr. 42. num. 21.
1697, 13 17

D. B. V.
NAVGVRALIS JVRIDICA
DE
RIBVS
MILITARIS
QVAM
PÆS IDE
CHRISTOPHORO
NCKER O
in Fluhrst t & R tschau
O-VINARIENSI INTIMO SVPR.
PÆSIDE FACVLTATIS JVRIDICÆ ET
S. ORDINARIO ANTECESSORE ET
NCIALIS ASSESSORE PRIMARIO
LICENTIA
QVE JVRE HONORES ET PRI-
VM MORE RITE CONSEQUENDI
ITORVM DISQVISITIONI SVBMISIT
VS CONRADVS Baumg rtner,
ONOLDINVS.
EM OCTOBR. M D C XCVII.

VITEMBERGAE,
N OFFICINA HAKIANA.
M D C CLIII.

Jena 1697

